
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LXII
C
32
NAPOLI

PHILIPPI LABBEI
BITVRICI
SOCIETATIS IESV PRESBYTERI,
NOVA BIBLIOTHECA
MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMEN

ANTIQVARVM LECTIONVM

LATINARVM ET GRÆCARVM

In quatuor partes tributarum,

CVM CORONIDE DVPLICI, POETICA ET LIBRARIA,
Ac Supplementis decem.





PARISIIS,
Apud IOANNEM HENAVLT, viâ Iacobæâ, ad insigne S. Raphaëlis Angeli, paullò infrà Templum S. Benedicti.

M. DC. LIII.



VNIVERSIS

PER OMNES CHRISTIANI ORBIS
PROVINCIAS CONSTITVTIS

ANTIQVITATIS

GRÆCÆ AC LATINÆ
INDAGATORIBVS,
ASSERTORIBVS, VINDICIBVS,
AC PATRONIS,
THEOLOGIS, IVRISPERITIS, MEDICIS,
PHILOSOPHIS, PHILOLOGIS,
ORATORIBVS, POETIS,
HISTORIÆ PRÆSERTIM AC CHRISTIANÆ
CHRONOLOGIÆ STVDIOSIS,
NOVAM HANCCE
MANVSCRIPTORVM CODICVM

BIBLIOTHECAM,

EX PARISINÆ HVIVS CIVITATIS GAZIS,
REGIA PRÆ CÆTERIS,
NON INDILIGENTI OPERA CONQVISITAM,
COLLECTAM, DIGESTAMQVE:

SIVE SPECIMEN
ANTIQVARVM LECTIONVM,
LATINARVM AC GRÆCARVM,
IV. IN PARTES TRIBVTARVM,
CVM CORONIDE ET SVPPLEMENTIS DECEM,
VOLENS LIBENSQVE OFFERT
PHILIPPVS LABBE, BITVRICVS,
SOCIETATIS IESV THEOLOGVS,
IN ANTECESSVM
COMPLVRIVM VOLVMINVM,
QVÆ VOLENTE BONO DEO,
REDDITA REGNO TRANQVILLITATE,
FAVENTIBVS SVPERIS,
SYMBOLAM CONFERENTIBVS ERVDITIS
LIBRORVM POSSESSORIBVS,
PVBLICAE VTILITATI CONSECRABIT,
ET PARATA IAM TVM PLVRA HABET
NI DIFFERANT EDITIONEM TYPOGRAPHI.
INGREDERE, VTERE, FRVERE,
LECTOR, QVISQVIS ES,
POLITIORVM LITTERARVM AMANS,
NOSTROSQVE CONATVS ADIVVA,
SALTEM BONI CONSVLE.

En tibi Noster hic THESAVRVS *omnis patet, reserata Fores, aperti Plutei, explicata Loculamenta, Nec Admissionali opus est, aut Interprete, vbi nihil obscurum, nihil clausum.*

SAPIENTIA ABSCONSA, ET THESAVRVS INVISVS, QVÆ VTILITAS IN VTRISQVE?

Ecclesiastici XX. 32.

CONSPECTVS

CONSPECTVS OMNIVM,

Quæ in vtroque Specimine, atque additis Decem Supplementis continentur.

N SPECIMINE LATINARVM LECTIONVM.

PRIMA PARS Historica & Chronologica.

PRæmittuntur varia Chronica maiora minoráue, hinc inde magno studio collecta, à paginâ primâ ad 8.

Sequuntur Historiæ Archiepiscoporum & Episcoporum, nonnullarum, præsertim Galliæ, Ciuitatum, necnon Regum, Principum, Ducum, Comitum, Abbatum, &c. à pag. 8. ad 14.

Quidam Historici serie Alphabeticâ digesti ex Indice Petauiano, pag. 14.

Vitæ, Martyria, Passiones & Elogia plurimorum Sanctorum Sanctarúmve ordine Elementario à pag. 14. ad 20.

SECVNDA PARS Biblica & Theologica.

Sanctorum Patrum & Tractatorum Ecclesiasticorum Explanationes ac Cōmentarii in varios Sacræ Scripturæ libros à Genesi vsque ad Apocalypsim, à pag. 21. ad 25.

Tractatus Theologici, Orthodoxorum aduersus Hæreticos opuscula polemica, ac nonnullæ fidei definitiones seu professiones, vt vocant, à pag. 25. ad 28.

Homiliæ, Sermones, atque ad pietatem adhortationes, Formulæ, cæteráque ad ritus Ecclesiasticos spectantia, Regulæ Canonicorum Monachorúmque, ac nonnullæ Synodi, Gallicánis intactis quæ alio loco exhibebuntur, à pag. 28. ad 36.

Epistolæ duę. Prima Philippi I. Francorum Regis ad Lambertum Atrebatensem Episcopum. altera, eiusdem Lamberti ad Paschalem II. Papam de absolutione

ẽ

TERTIA PARS, Epistolica & Diplomatica.

QVARTA PARS Technica seu Philologica.

Tettji

Tertii, pag. 166. & 167.

Libri nondum editi Græci ordine Alphabetico longè plures Latinis, à pag. 167. ad 174.

TERTIVM Supplementum. Ex Catalogo Præcipuorum ineditorum Græcè Manuscriptorum, qui asseruantur in Bibliotheca Scorialensi Regis Hispaniæ, operâ & studio Alexandri Baruoëtii è Societate IESV, post Prolegomena R. P. Balthasaris Corderii ad S. Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi Homilias XIX. in Ieremiam Prophetam Latinitate donatas, à pag. 175. ad 190.

QVARTVM Supplementum. Ex Catalogo Manuscridtorum Librorum Illustrissimi & Reuerendissimi Domini D. Caroli de Montchal Archiepiscopi Tolosani, quem propriâ manu descriptum commodauit R. P. Ludouicus Iacob à S. Carolo Ord. B. M. de Carmelo, à p. 189. ad 206.

Ex Catalogo Manuscriptorum Codicum qui seruantur in Bibliotheca Carmelitarum Excalceatorum Claromontensium in Aruernia ab eodem communicato, pag. 206. & sequentibus vsque ad 210.

QVINTVM Supplementum. Ex Catalogo Librorum calamo exaratorum, quos possidet V. C. Renatus Moræus Doctor Medicus Parisiensis, à pag. 211 ad 219.

Nonnulla Caspari Hofmanni opera, quæ editioni parata habet V. C. Guido Patinus, Bellouacus, Doctor Medicus Parisiensis, pag. 219. & seq.

APPENDIX Supplementi Quinti. Ex Catalogo librorum Manuscriptorum V. C. Gabrielis Naudæi Parisini Doctoris Medici atque Artigiæ Prioris, præter eos, qui singulis pæne paginis vtriusque Speciminis Antiquarum Lectionum inserti fuerunt, à pag. 220. ad 237.

SEXTVM Supplementum. Elenchus Librorum, tam typis, quàm impensis Sacræ Congregationis de Fide propaganda impressorum Ioanne Dominico Verusio Superintendente, in septem §§. diuisus, à pag. 238. ad 246.

APPENDIX Supplementi Sexti. à pag. 246. ad 268.

§. I. Illustrissimi Domini de Breues, Regis Francorum Christianissimi Ludouici XIII. apud Imperatorem

ĩ

iori Bibliothecæ, à primo codice typis impresso, vsque ad 1329. qui postremus est, Vide paginam 337. & sequentes vsque ad 358. In duabus autem quæ proximè sequuntur continentur nonnulli libri post annum 1500. in lucem editi, quòd vel pergamenis pellibus ad diuturniorem rei memoriam impressi fuerint, vel viri alicuius docti manu notati sint, vel aliunde præcipuum quid habeant & singulare. Nec omittam hoc loco quamuis extra lineam ordinémque. Lectorem admonere hisce perfectis omnibus oblatam fuisse à D. Guidone Patino Historiam Bibliothecæ Reipublicæ Noribergensis duabus Oratiunculis illustratam, quarum altera de eius Structoribus & Curatoribus, altera de Rarioribus quibusdam & scitu dignis agit, authore Ioanne Sauberto Ecclesiæ Noribergensis ad Diui Sebaldi Pastore, &c. editam Noribergæ typis VVolfgangi Enderi, anno 1643. in 12. Cui accessit eiusdem curâ & studio Appendix de Inuentore Typographiæ, itémque Catalogus librorum proximis ab inuentione annis vsque ad annum Christi 1500. editorum. Quod postremum cùm ab instituto nostro non multum recedat, haud prætermittendum fuit.

DECIMVM Supplementum. Racemationes & spicilegiũ ex variis hinc inde breuioribus Catalogis congestum cum Retractatione in singulas pæne operis partes, à pag. 361. ad 388.

Tituli præcipui Chronicorum Gallicorum Magistri Balduini de Auenis, Margaritę Flandrorum & Hanouiensium Comitissæ filij, ex codice Mss. V. C. Henrici de Maubreul in sancti Quintini vrbe Aduocati, à pag. 361. ad 366.

Vitæ & Passiones aliquot Sanctorum Sanctarúmque quas calamo descripsit R. P. Ludouicus Iacob à sancto Carolo, pag. 367. & 368.

V. C. Nicolai Rigaltii in suprema Mediomatricum Curia Senatoris amplissimi manu exaratus Indiculus quorumdam Mss. quos ipse possidet, pag. 370. & seq. vide & alterum Schediolum eiusdem manu scriptum, pag. 385. & 386.

PHILIPPI



PHILIPPI LABBEI
BITVRICI, E SOCIETATE IESV,
NOVA BIBLIOTHECA MSS. LIBRORVM:
SIVE SPECIMEN ANTIQVARVM LECTIONVM, LATINARVM ET GRÆCARVM,

In quatuor partes tributarum.

I. Historicam & Chronicam.
II. Biblicam & Theologicam.
III. Epistolicam & Diplomaticam.
IV. Technicam & Philologicam, Cum Coronide Poëtica.

PRIMA PARS
Historica & Chronologica.



ROSPERI Tironis Aquitani V. C. Chronicon integrum, hactenus ineditum.

Prima pars, ab Adamo ad mortem Valentis Imperatoris, cum adnotatione Consulum Romanorum ab anno 15. Tiberij Augusti. *Ex duobus exemplaribus calamo exaratis.*

Pars altera, ab anno 379. siue à morte Valentis, vsque ad annum 455. quo Roma à Vandalis capta est, auctior atque emendatior in pluribus, quam quæ anteà vulgata est. *Ex tribus Mss.*

IDACII Lemicæ in Gallecia Episcopi, Fasti Consulares integri, seu descriptio Consulum Romanorum, ex quo primùm ordinati sunt, vsque ad secundum Anthemij Consulatum, adeóque annum æræ Christianæ 468. *Ex mss. codice optimæ notæ,* quo vsus fuit ἱμαγνείως R. P. Iacobus Sirmondus in edendo eiusdē Idacij Chronico, & parte aliqua horumce Fastorum.

Series Romanorum Pontificum à S. Petro ad Liberium Papam. *Ex veteribus Schedis v. C. Nic. Fabri Parisiensis,* quarum plura vidi apographa.

Imperatores Romæ vel Constantinopoli regnantes, ab Augusto ad Iustinum. *veteri ex codice ms.* Epistolarum S. Hieronymi ad calcem cum Isidori fragmentis.

Altera Series Romanorum Imperatorum ab Augusto vsque ad 31. Heraclij annum. *Ex codice mss. vncialibus litteris exarato,* in quo Fredegarij, quod dicitur, Chronicon, siue Appendix Gregorij Turonensis, vsque ad caput 90. de VVillebadi interitu & Flaocadi obitu.

ANONYMI Græci, qui sub Alexandro Imperatore vixisse perhibetur, libellus, seu Chronicon de Diuisionibus & Generationibus Gentium, longè auctius atque emendatius *ex ms. Exemplari,* atque in sectiones 20. distributum.

Chronologia breuis vsque ad Heraclium Imperatorem. *Ex codice mss. Puteano.* Est etiam breuior *in codice Regio* 1440. ab orbe condito ad M. Aurelium, & *alio codice* 208. à Nino ad Iustinum Seniorem.

Supputatio annorum edita à B. Iuliano Toletanæ sedis Archiepiscopo paulò aliter digesta, atque emendatior eâ, quæ apparet in Tomis Bibliothecæ SS. Patrum Parisiensis & Coloniensis, libro tertio extremo demonstrationis eiusdem Iuliani de sextâ ætate aduersus Iudæos. *Ex ms. exemplari.*

FR. DEVTINO Summa de Ætatibus: *Ex codice Thuano.* 412.

1. De rebus Iustiniani, & aliorum deinceps Imperatorum, vsque ad Leonem Isauricum, qui eodem anno obiit, quo Carolus Martellus. *Ex codice ms.* in quo post Isidori Historias Gothorum Vandalorum & Sueuorum, sequuntur incerti Authoris fragmenta de Origine & rebus gestis Constantini Magni, de Zenone & Anastasio Imperatoribus, ac Rege Ostrogothorum Theoderico

quæ V. C. Henricus Valesius post Ammianum Marcellinum edidit.

Historica quædam excerpta ex veteri stemmate Genealogico primæ stirpis Regum Francorum *in veteribus membranis* depicto.

Chronicon vetus ad Carolum Magnum, cum serie Regum Francorum vsque ad Philippum I. *Ex codice mss. Puteanæ Bibliothecæ.*

Breuis annorum summa ab orbe condito ad annum Karoli Magni 22. *Ex codice antiquissimo* Conciliorum post seriem Pontificum Romanorum à S. Petro ad Adrianum I. qui modò versatur in Bibliotheca V.C. Sebastiani Hardy in Præfectura Parisiensi Senatoris Regij.

Abbreuiatio Chronica ab Adamo vsque ad annum Christi 810. *Ex codice mss.*

Chronicon incerti: *Ex codice Thuano* 453. In codice. 334. II. *Partis Bibliothecæ Regiæ* habentur Chronica abbreuiata cum tractatu de gestis Francorum.

CLAVDII Chronologi, qui anno 814. scribebat, breuis Chronica, ad Hebræorū calculos exacta, imperfecta licet & fine mutila, *In codice mss.* quo fuimus vsi. Is fortè est, qui in Petauianæ Bibliothecæ indice ms. numero 148. dicitur.

CLAVDIVS de sex Ætatibus: neque enim conferre licuit, cùm omnes illi libri Stolkolmium fuerint deportati ad Serenissimæ Suecorum Gothorum Vandalorumque Reginæ CHRISTINÆ instructissimam Bibliothecam. Est etiam *In codice* 546. *Abbatiæ sancti Germani Pratensis* breuissima Chronologia ab Adamo ad Carolum Magnum, & in *Codice* 511. *eiusdem Bibliothecæ* Chronicon Romanorum Pontificum & quædam alia.

Chronica Regum Francorum breuiter digesta, Anonymo auctore, qui sub Rege Carolo Caluo scribebat ante mensem Septembrem anni 855. quo Lotharius Imperator Prumiæ obiit. *Ex codice mss. Tiliano.*

Chronicon Engolismense excerptum ex codice Conciliorum *Bibliothecæ Tilianæ* ab anno 814. ad 891.

Chronicon Flauiniacense; quod paullò pòst Historiam Virdunensium Episcoporum appellabimus. *Ex ipso, vt creditur, auctoris autographo*, quod apud nos est, ex quo nonnulla exemplaria descripsit Andreas Duchesnius.

Chronicon breue Aquitanicum, aliàs Lemouicense appellatū, ab anno 834. ad 1025. *Ex codice mss. Bibliothecæ Memmianæ*

cuius plurima vidi exemplaria, eruditorum virorum, Frontonis Ducæi, Iacobi Sirmondi, Ioannis Beslyi, & aliorum, manu descripta, quæ contulimus. Eadem quoque *Bibliotheca Memmiana* subministrauit & aliud Chronicon Lemouicense, seu sancti Martialis dictum, ab anno 938. ad annum 1037.

ADEMARI Chabanensis, Monachi S. Eparchij Engolismensis *Historia* Aquitanica, siue Chronicon à Carolo Martello, vsque ad annum ML. *Ex codice MSS.* 197. *Bibliothecæ Thuanæ.* Quæ verò sequuntur conuentiones, inter VVillelmum Aquitaniæ Ducem & Hugonem Chiliarcham, editæ sunt paginâ 592. & sequentibus Tomi primi nostrorum Miscellaneorum. Eidem quoque tribuitur commemoratio Abbatum Lemouicẽsis Basilicæ Martialis Apostoli, cuius apographum vidi manu D. Ioannis Beslyi exaratum, cum appendice ab alio Monacho additâ.

Chronicon Armoricum breue ab anno 421. ad 1056. *Ex mss. exemplari*, cui poterit addi Briocense ab anno 365 ad 1414. cum genealogiâ Comitum & Ducum Britanniæ minoris, vsque ad Franciscum, qui Arturo successit, anno 1458. si liceat aut codices ipsos MSS. aut eorum apographa nancisci à Domino D. Sebastiano de Molac, aut à D. Ludouico Odespung de la Meschiniere.

Chronicō Incerti à morte Ludouici Pij, ab anno 840. ad annum 1109. *Ex codice Thuano* 239. In *codice Regio* 1445. est & Chronicon breue vsque ad Philippum 1. Francorum Regem, cum Calendario veteri & quibusdam aliis.

HVGONIS Floriacensis Historia ad Iuonem Episcopum Carnotensem. *Ex codice* 337. II. *Partis Bibl. Regiæ.*

Chronicon Leodiense ab anno 400. ad 1132. *Ex codice mss. Bibl. sancti Victoris Parisiensis.*

Incerti Chronicon ab orbe condito ad annum 1135. *Ex codice Regio* 1349. post librum de tribus maximis circumstantiis gestorum.

Chronicon Malleacense, seu potiùs Excerpta ex ingenti opere Chronologico ab ortu rerum ad annum 1140. quod ex cuiusdam IVLII FLORI historiâ, aliisq; hinc inde collectum fuit, iisque præcipuè auctum, quæ ad res Aquitanicas pertinent. *Ex codice mss.* qui fuit olim V. C. Ioannis Beslyi in præfectura Fontiniaci Comitalis apud Pictonas Aduocati Regij, & quem mihi vtendum dederunt clarissimi Petrus & Iacobus Puteani Fratres.

Chronicon, sub titulo Hieronymi & Augustini, & de sex ætatibus mundi, vsque ad Henricum Imperatorem, *ex codice Regio* 1635. in quo & alia historica.

Eusebiani Chronici Appendix vsque ad annum 1126. *Ex codice Thuano* 347.

Chronicon HVGONIS & RICHARDI Pictauiensis vsque ad Ludouicum Iuniorem Francorum Regem. *Ex codice Thuano* 438. in quo & breuis Historia de Rebus Roberti Guiscardi, *quam vulgauimus pag.* 594. *Tomi II. Miscellaneorum nostrorum.*

Chronicon sancti Michaëlis de Tumba, seu in periculo maris, in extremis Normanniæ finibus, ab anno 506. ad 1154. quo electus est Abbas Robertus de Torinneio. *Ex codice mss. eiusdem Monasterij.* Subiungitur; breuis historia eius-dem Cœnobij, cum serie Abbatum ab anno 966. ad annum 1411. Extat *in codice Regio* 899. fundatio sancti Michaëlis de monte Tumbâ in periculo maris.

Breuis ad SIGEBERTI Chronicon Appendix ab anno 1113. ad 1162. *Ex mss. exemplari.*

Chronicon Autisiodorense, ab anno 1005. ad 1174. vbi multa de Comitibus Niuernensibus. *Ex codice mss.*

Chronica solemnis Romualdi Archiep. Salernitani vsque ad an. 1178. *Ex codice Regio.*

Chronicon duplex Monasterii sancti Albini Andegauensis. Primum ab anno 929. ad 1200. Alterum ab anno 768. ad 1106. *Ex variis codicibus & apographis eiusdem Abbatiæ* cum Appendicibus *ex codice Petauiano*, & nonnullis aliis.

Chronica GAVFREDI Cœnobitæ Monasterii sancti Martialis Lemouicensis, ac Prioris Vosiensis. *Ex apographo collato cum variis mss.*

Chronicon Turonense Ioannis Monachi maioris Monasterii, à Christo nato ad annum 1224. *Ex codice Regio* 1437. In quo & aliud Chronicon ab orbe condito ad annum 1209.

Chronicon Turonense ab orbe condito ad annum 1227. auctore Anonymo, qui fuit Canonicus sancti Martini Turonensis. *Ex codice nostro mss. optimæ notæ*, cui præfixa est breuis Chronologia à natali Christi ad annum 1250.

Chronicon S. Petri Catalaunensis ab anno 1009. ad 1223. *Ex codice mss. eiusdem Abbatiæ.*

Chronicon Andegauense amplissimum, quod Vindocinense à nonnullis dicitur, ab anno 678. ad 1251. descriptum *ex codice mss. Vindocinensis Cœnobij.*

Fragmentum Genealogicum ex Chronicis Haynoniensibus collectis per Magistrum Balduinum de Auennis. *Ex mss. Exemplari V. C. Domini Ioannis du Bouchet Equitis.*

Series Imperatorum à Iulio Cæsare ad Federicum II. & Regum Galliæ à Pharamundo ad Ludouicum IX. *Ex codice Regio* 1822.

Chronicon incerti vsque ad annum 126. *Ex codice Thuano* 592.

Thomæ Chronica ab Augusto ad Rodulfum. *Ex codice Regio* 227. post Martini Poloni Chronicon, & ante Gofridi Monumetensis historiam de Regibus maioris Britanniæ.

Chronicon Lemouicense ab Adamo vsque ad annum 1265. *Ex codice Thuano* 529. Est aliud Chronicon Abbatum sancti Martialis Lemouicēsis à Pipino Rege ad an. 1316. quod ex *Bibliothecæ Condesianæ codice mss.* descripsit aut integrum, aut magna ex parte Ioannes Besslyus. Idem quoque excerpsit nonnulla ex Chronico sancti Stephani Lemouicensis, quod erat in Bibliothecâ Domini Ribier Regi ab interioribus consiliis. Porrò iis vtemur excerpris, si non liceat autographos ipsos nancisci codices.

Chronicon S. Vincentij Metensis ab anno 511. ad 1279. *Ex veteribus membranis eiusdem Cœnobij*

Chronicon ab initio mundi, ad annum 1281. *Ex codice Regio* 79.

Chronicon à creatione mundi, ad annum 1300. *Ex codice mss. Bibliothecæ V. C. Gabrielis Naudæi, antigiæ Prioris.*

Chronicon F. BERNARDI GVIDONIS, ordinis Prædicatorum, Episcopi Lodeuensis, in quinque partes diuisum: *Ex codice Thuano* 567. *& ex membranis V. C. Iuliani Brodæi in supremâ Curiâ Parisiensi causarum Patroni.*

Eiusdem Guidonis liber de Concilijs, extat *in codice eiusdem Bibliothecæ Thuanæ* 453. cum Chronico incerti, Imperatorum vitis, & Regum Franciæ Genealogia. *In codice* 252. habetur Tractatus de Annis Conciliorum Generalium & Prouincialium. *In Regio verò codice mss.* Eiusdem sunt Catalogi Paparum, Imperatorum, Regum Franciæ, & Comitum Tolosanorum, nec non de tempore celebrationis Conciliorum.

Memoriale Historiarum IOANNIS Parisiensis, qui fuit Canonicus S. Victoris vsque ad annum MCCCXXII. *Ex codice mss. Bibliothecæ Regiæ.* Alterum eius exemplar è Petauianâ delatum est in Sueciam.

Chronicon Bezuense IOANNIS Monachi extat in *codice* 696. *Bibliothecæ Regiæ* hactenus ineditum: sed quia accepimus R. P. Petrum Franciscum Chifflerium Societatis nostræ Theologum de eo post Benignianum Diuionense Chronicon publicando cogitare, ab vtroque supersedebimus.

Chronica Martiniana. *Ex codice Thuano 698.* In quo etiam reperitur Epitome Conciliorum, & de Regibus Francorum.

Chronicon IOANNIS FRASQVETI Monachi sancti Germani Antisiodorensis. *Ex codice ms.*

Chronicon Vezeliacense ab anno Christi Natali, ad annum MCCCXVI. *Ex antiquo ms. codice eiusdem abbatiæ*, descripsit V. C. Iacobus Choletus, in suprema Parisiensi Curiâ causarum Patronus, mihique communicauit.

Historia Polychronica ab initio rerum, ad annum MCCCCLXXVI. *Ex codice Regio 475.* In *1666.* habentur vitæ Imperatorum Romanorum breuiter descriptæ vsque ad Anastasiũ.

Chronica Regum Franciæ, vsque ad Carolum V. *Ex codice Thuano 279.*

Historia Karoli VI. Francorum Regis, ab anno MCCCLXXX. ad MCCCCXVI. scripta in Monasterio S. Dionysij in Franciâ iussu duorum Abbatum. *Ex codice Thuano 87.*

STEPHANI DE CONTY Monachi Corbeiensis Historia sui temporis. *Ex codice 520. Bibliothecæ Monasterij sancti Germani à Pratis, qui fuit olim Abbatiæ sancti Petri Corbeiensis.*

Chronicon Ordinis CARTVSIANI *ex codicibus 68. & 309. Bibliothecæ Thuanæ,* in quibus etiam reperiuntur statuta Cartusianorum cum notis, Liber de origine & veritate perfectæ Religionis ad defensionem Ordinis Cartusianorum, Prioris cuiusdam Maioris Cartusiæ de ceremonijs quibusdam ordinis Cartusiani ad Bonifacium Cartusianum, Eiusdem quoque Prioris Epistola, quare ordo Cartusianorum non habet multos Sanctos canonizatos, & de approbatione & confirmatione ordinis Cartusiani à Romanâ sede & Romanis Pontificibus. Extant & in *codice 382. eiusdem Bibliothecæ* Consuetudines in officio Diuino apud Cartusianos, *& in codicibus 286. & 287.* statutorum eiusdem ordinis partes duæ cum glossis.

Chronicon Fontanellense, siue Abbatiæ S. Vandregisili in pago Caletensi diœcesis Rotomagensis. *Ex apographo codicis ms. qui est in Collegio Tornacensi Societatis Iesu in Belgio.*

Annalium Beccensium Epitome magnis, Gallorũ, Anglorumque illustrata conatibus: Auctore Francisco Carreo Lexoueo Monacho. *Ex ms. exemplari.*

Chronicon Dolense, seu Abbatiæ B. Mariæ Burgidolensis in Biturigibus, incerto auctore. Edidimus ad calcem Tomi primi Miscellaneorum nostrorum, *ex codice membran. ms. quem vtendum dederat V. C. Dominus* Desmarests *Generalium Regij apud Bi-*

turigas Thesauri Iudicum Præses meritissimus. Nunc verò auctius prodit *ope alterius codicis* MS. Accedunt quoque Catalogi Abbatum eiusdem Cœnobij & Principum Dolensium seu Dominorum Castri-Radulfi.

Chronicon S. Vitoni Virdunensis ab anno DCCCCII. ad MDXCVIII. *Ex archiuis eiusdem Abbatiæ deprompsum.*

Historia PATRIARCHARVM, siue Archiepiscoporum BITVRICENSIVM, à sancto VRSINO primo Antistite, vsque ad IACOBVM REGIVM. Auctore Anonymo, qui Monachus Sansulpitianus fuisse creditur. *Ex codice MS. qui fuit olim in Bibliotheca* VV. CC. *Ioannis Iacobi de Cambray & Claudij de Beaux-oncles insignis Ecclesiæ Bituricensis Decanorum, cuique Indicem texuit anno* 1608. *vir doctissimus Carolus de la Saussaye Decanus Aurelianensis, eo vsus in conscribenda Aurelianensium Præsulum Historia, vt constat ex Vitis* BB. *Philippi Berruier, & Rogerij de Ternis. Is verò codex in manus meas venit beneficio Illustrissimi ac Reuerendissimi Patriarchæ Archiepiscopi Bituricensis, Aquitaniæ Primatis*, D. D. ANNÆ DE LEVIS VENTADORII.

Historia Episcoporum Autisiodorensium, à sancto Peregrino primo Antistite, duas in partes diuisa, vnà cum Appendice vsque ad D. Iacobum Amiotum. *Ex codice* MS.

Vitæ Archiepiscoporum Senonensium. *Ex codice Thuano* 105.

Historia eorumdem Archiepiscoporum Senonensis Ecclesiæ vsque ad annum MDLVIII. ab Vrbano Reuersey Doctore Parisiensi & Senonensi Præcentore scripta, apparet in *Indice Bibliothecæ Thuanæ numero* 789.

Historia Episcoporum & Comitum Engolismensium: *ex apographo* MS. *quod descriptum fuisse arbitror ex codice* 733. *Bibliothecæ Petauianæ.*

Catalogus Episcoporum Magalonensium vsque ad mortem Galterij anno MCXXXIII. Auctore domno Arnaldo de Verdala Magalonensi Antistite. *Ex MS. exemplari.*

Gesta Pontificum Metensium vsque ad annum MCLXXXI. *Ex codice Puteanæ Bibliothecæ.*

Epitome Gestorum quorumdam Ecclesiæ Petracoricensis Præsulum incerto Auctore ab anno DCCCCLXXVI. ad annum MCLXXXII. *Ex veteri codice Petracoricensi.*

Historia Treuirensium Archiepiscoporum, vsque ad annum MCXXXII. *Ex codice* 760. *Bibliothecæ Thuanæ.*

Historia Episcoporum Virdunensium, à primo Antistite sancto SANCTINO vsque ad annum Christi MCII. & Abbatum Flauiniacensium.

niacensium. Auctore Hugone S. Vitoni apud Virdunũ Monacho, atque Abbate Flauiniacensi. *Ex codice MS. optimæ notæ.*

Historia breuis Episcoporum Ecclesiæ Virdunensis. Auctore Berthario Presbytero ad Dadonem Episcopum. *Ex Apographo Codicis Virdunensis.* Continuatio eiusdem Historiæ ab anno 1048. vsque ad annum 1144. Auctore Laurentio quodam cœnobij sancti Laurentij Leodiensis Monacho, qui in Abbatia S. Vitoni aliquandiu habitauit, opusque suum Alberoni de Chiny eiusdem vrbis Clauorum Episcopo dedicauit. Eidem nescio quis Appendicem attexuit vsque ad annum 1150. quo mortuo Federico Imperatore Pōtifex Innocentius IV. Mediolanum repetiit. *Ex codice ms. R. P. Hieronymi Vignier Oratorij D. N. I. C. Presbyteri*, in quo ante Laurentij ad Alberonem Epistolam præcedunt Miracula meritis B. Firmini Septimi Virdunensium Episcopi varijs in locis edita.

Historia sacra Petri MALLII, quam sæpe in Appendicibus ad posteriores Tomos Annalium Ecclesiasticorum citat Eminentissimus Cardinalis Cæsar Baronius. *Ex MS. exemplari.*

Gesta Abbatum S. Germani Autissiodorensis ab anno Christi DCCCCLXXXIX. ad MCCXC. scripta à fratre GVIDONE Abbate eiusdem loci, cum Appendice vsque ad annum MCCCXXXIV *Ex MS. Exemplari*, in quo etiam habetur Historia Selebiensis in Angliâ Monasterij, quod fundatum est in honore Sancti Germani Autissidiorensis ab anno MLXIX. vsque ad annum MCLXXIV.

Quoties, & à quibus capta fuerit Ierusalem. *Ex codice MS. sancti Victoris Parisiensis.* DD. 7.

Terræ sanctæ Recuperatio per F. Fidentium. *Ex codice Regio.* 428.

Reuelationum, siue Miraculorum Fiscanensis Monasterij Tractatus., post Cæsarij Regulam in *codice MS.*

De Miraculo Christi Domini Parisiis anno MCCXC. *Ex codice Puteano, & schedis ca'amo exaratis.*

Historia Excidij Cisterciensis Cœnobij. *Ex codice Bibliothecæ Puteanorum fratrum*, in quo institutiones & regulæ Cisterciensium.

De Antiquitate & commutatione in melius Malleacensis insulæ, de Translatione corporis S. Rigomeri. Item de restauratione eiusdem insulæ Cœnobij facta an. 1225. *Ex codice MS. qui fuit. V. C. Ioannis Beslyi.*

Historia Senonēsis in Monte Vosago Cœnobij auctore Richero eiusdem loci Monacho: *Ex codice MS.*

Narratio de Archidiacono Claromontensi, qui factus est Mo-

nachus sancti Martini Turonensis. *Ex mss Exemplari.*

Qualiter, à quibus, & quo tempore sacer ordo Vallis scholarium sub Regula sancti Augustini sumpsit initium. *Ex codice Mss.*

AIMERICI de Peiraco Decretorum Doctoris & Abbatis Moysiacensis de gestis Caroli Magni ad Ioannem Ducem Bituricensem cum glossis. *Ex codice Regio* 1343.

EREMPERTI Historia de Langobardis Beneuentanis à tempore Algelsis; siue à capto per Carolum Magnum Franciæ Regem Desiderio, postremo Langobardorum Rege, anno DCCLXXV. vsque ad annum Christi DCCCLXXX. *Ex mss. Exemplari. In codice* 13. *Naudæano*, habetur Collectio piarum donationum quas varij Langobardorum Reges, Duces Beneuentani, Imperatores & Summi Pontifices fecerunt Monasterio sanctæ Sophiæ, infrà & propè Ciuitatem Beneuentanam constituto, & ab Atriche Langobardorum Principe ædificato. Desinit in Priuilegio Rocherij Italiæ Regis, & Rocherij Primi Comitis, &c. Præmittuntur quædam testimonia de auctoritate Indultorum & Priuilegiorum Apostolicorum, nec non Ducum Beneuentanorum series Chronologica ab Othone primo ad Robertum Bene-natũ. Eminẽtissimus Cardinalis Baronius ex historia Eremperti edidit, Tomo ix. Annalium Ecclesiasticorum Epistolam Apologeticam Ludouici secundi Imperatoris ad Basilium Macedonem CP. Imp. missam anno 871. atque ex eo Duchesnius.

GERVASII Tilleberiensis Regni Arelatensis Mareskalli ad Othonem iv. Imperatorem Otia Imperialia, siue vniuersi Orbis descriptio: *Ex codicibus mss. Regio* 427. *Thuanis* 110. 282. Vitæ Paparum à Petro ad Ioannem XXII. & Romanorum Impp. quæ subiiciuntur in Regio codice à Iulio Cæsare ad Ludouicum Bauarum, non sunt saltem omnes ab eodem Geruasio conscriptæ. Fragmentum Historiæ Episcoporum Eboracensium in Angliâ ab anno 627. ad annum 972. *Ex mss. Epistolarum Iuonis Carnotensis.*

Historia Anglorum vsque ad annum DCLXXXIX. *Ex codice Puteano.* Est *in codice Regio* 52. Historia Anglorum HENRICI Archidiaconi Lincolniensis Episcopi, ab anno MCXLV. *Et in codice* 331. 11. *Partis eiusdem Bibliothecæ Regiæ* Chronicon de Regibus Angliæ ad Richardum II. Processus factus ad coronationem eiusdem Regis, modus tenendi Parlamentum Angliæ, modus faciendi duellum coram Rege Angliæ, & de Officio Mareschalli in Anglia, cum nonnullis alijs Gallicâ linguâ conscriptis, quæ ad institutum nostrum non attinent.

Historia Britonum. *Ex codice Puteano, fortè an & Thuano* 438.

De Dignitate Dolensis Ecclesiæ. *Ex veteribus membranis.*

Historia Comitum Flandriæ, vsque ad annum MCCCDXVII. *Ex codice Mss. Puteanæ Bibliothecæ.*

Breuis Historia Comitum Andegauensium vsque ad Henricum II. Angliæ Regem, Ducem Normanniæ & Aquitaniæ, Comitem Andegauiæ, Pictauiæ, &c. *Ex codice mss. Bibliothecæ S. Victoris. in Thuano* 632. præmittuntur Chronico Andegauensi nomina Comitum & Episcoporum Andegauensium, nec non Abbatum sancti Albini.

Gesta Consulum Andegauorum & Dominorum Ambasiensium: *Ex codice mss. collato cum Regijs* 996. *&* 1080. *Thuanis* 498. *&* 782 Erant in *Petauianâ* quoque *Bibliothecâ* Gesta Andegauorum Consulum auctore Monacho Maioris Monasterij ad Henricum Angliæ Regem. Extant quoque *in codice* 1178. *Partis* II. *Bibliothecæ Regiæ.*

LAMBERTI Ecclesiæ Ardensis Presbyteri Collectanea super Ghisnensium Historiam ex Arnoldo de Ghisnes ab anno DCCXCII. *Ex codice Thuano* 240.

Historia & statura Montis Pessuli. *Ex codice Thuano* 580.

Fr. HVMBERTI Montismoretani Bella Crauentorium, Brossimerianum, Vernolianum & Aurelianum: *Ex veteri editione.*

Obsidio Rhodiorum Insulæ, sub Illustrissimo Petro d'Aubusson Summo Domus Hospitalis Magistro. Item Guillelmi Caoursin Galli, Vicecancellarij, de casu Regis Zizimi, & M. Pauli Tractatus in fauorem Religionis S. Ioannis Hierosolymitani. *Ex codice Thuano* 555. Nonnulla quoque eo spectantia animaduerti in *Petauiano ndice numeris* 574. & 650.

ROBERTI Blondelli assertio Normanniæ, per Carolum VII. *Ex codice Regio* 1814. Erat olim in eadem Bibliotheca, oratio Historialis Petri Blondelli Normanni contra Anglos, in qua continentur omnia quæ Anglos inter & Francos gesta sunt vsque ad Normanniæ reductionem, sed modo non comparet.

Miranda de laudibus Franciæ ad Carolum VII. anno MCCCCL. *Ex codice Regio* 1309. in quo habetur & liber armorum per Bernardum de Rosergio Ecclesiæ Tolosanæ Præpositum & de arte blasonandi, nec non de Ambasiatoribus & eorum iure.

De AMELHARDO Presbytero Leodiensi qui res gestas Caroli VII. libris quinque & vitam Ludouici XI libris septem complexus est, id vnum possumus polliceri, quòd si beneficio eorum, qui possident in manus nostras venerit, publici iuris cum alijs faciemus, nec patiemur diutius in tenebris ac puluere delitescere.

Iacobi Gohorij de rebus gestis Francorum ab excessu Ludouici xi. *Ex codice Regio 1360*,& excellentia Regis Caroli viii. per Petrum Lazaronum. *Ex codice Regio 2142.*

Historia Ludouici xii. Francorum Regis Christianissimi Auctore Iacobo Gohorio. *Ex codice Thuano 160.* Io. Michaelis Nagonij Ciuis Romani panegyricon prognosticon ad Regem Ludouicum xii. *Ex codice Regio 1365.* Subministrabit quoque nobis eadem Bibliotheca Christianissimi Regis beneficio clarissimorum virorum Puteanorum Fratrum Gvillelmi Bellaij de rebus gestis Francisci libros quatuor priores ab eo Latinè scriptos, cum Clavdii Coterei Turonensis Chronico ab anno mdxxxiii. ad mdl.

Homagia & iuramenta Communiæ & Treugæ facta Domino Bituricensi Archiepiscopo Ioanni de Soliaco annis mcclxi & mcclxii in nouitate suâ. *Ex Chartulario Archiepiscopali, pagina 212. & sequentibus.*

Chronica Saracenorum. *Ex codice Regio 1098.* in quo lex Saracenorum, quam Alcoran vocant.

Liber de vita moribus & actis omnium Principum mundi de Bibliotheca Romæ extractus, & per Concilium approbatus: necnon Historiæ Langobardorum, Vngarorum, & Tartarorum, cum appendice ad annum 1178. *Ex codice Regio 1181.*

Historia à Nino ad Iustinum: *Ex codice Regio 1431.*

Incerti de Dijs gentium, de scenâ & orchestrâ, ornamentis Imperatoris & militum, de clypeorum varijs generibus, de Patricii dignitate, de variis equorum generibus & coloribus. *Ex codice Regio 1834.*

Baptistae Marchionis Palauicini Episcopi Reginensis Historia Crucis Domini ad Eugenium iv. *Ex codice Regio 2025.*

Chronica Roberti Giscardi & Fratrum ac Rogerij Comitis Mileti, incipit: Fuit in partibus Normanniæ haud longè à ciuitate Constantia miles quidam, nomine Tancredus &c. Desinit verò: post modum autè prædictus Carolus Dux Calabriæ Neapolim rediens ibidem anno Domini 1300. die nona mensis Nouembris duodecimæ indictionis in Domino transmigrauit. *Ex codice Naudæano 19.*

Historia Regni Siciliæ ab anno mcclxvi ad mcclxxviii. cum Siciliæ Insulæ Chronica à Petro Rege Aragonum ad mortem Frederici ii. *Ex codice Regio 2089.*

Relatio Fratris Nicolai Episcopi Botrontini facta Clementi Papæ v. de rebus gestis per Henricum v. Imperatorem in Italia ab anno 1310. ad 1313. *Ex codice Naudæano 15.*

Theodorij

THEODOSII Monachi & Grammatici ad Leonem Archidiaconum de excidio Syracusarum. *Ex codice Regio* 2177.

Chronicon Mediolanense. *Ex codice Regio* 2136.

Breuiloquium Peregrinationis Thomæ Basin Episcopi Lexouiensis. *Ex codice sancti Victoris.*

Ordo creationis Magni Rhodiorum Magistri Emerici Ambosij. *Ex codice Regio* 2298.

Historia Concilij Basileensis scripta ab Augustino Patricio Canonico Senensi anno MCCCCLXXX. desumpta ex Archiuis Synodi. *Ex fasciculo* 17. *Bibliothecæ Regis Christianissimi*, quo continentur Conciliorum Constantiensis, Ferariensis & Florentini breues Historiæ, & Epistolæ quædam synodales, & orationes habitæ Basileæ in synodo.

Concordantiæ Inquisitionum factarum aduersus Ordinem Templi ab Inquisitore Hæreticæ prauitatis primùm, tum à tribus Cardinalibus, & demum ab ipso Pontifice Clemente V. *Ex codice* 15. *Naudæano*, quem ex charta & scriptura conijcere licet ipsomet tempore Inquisitionis illius in Templarios scriptum fuisse.

Acta Inquisitionis Carcassonensis contra Hæreticos annis MCCCVIII. & sequenti. *Ex fasciculo* 46. *Bibl. Regiæ.*

PETRI Cyrnei Historia de rebus Corsicis ad annum MDV. *Ex codice Regio* 922.

Hierosolymita, siue de oppressione, liberatione, restauratione Ecclesiæ Hierosolymitanæ. *Ex fasciculo* 49. B. R.

ALBERTI Catanæi Archidiaconi Cremonensis de Regibus Francorum, vsque ad Carolum VIII. duo vidi hactenus exemplaria: Alterum *Puteanum* exquisitissimo charactere conscriptum, de cuius Epistola liminari ad Ludouicum XII. diximus nonnulla sub finem Tomi II. nostrorum Miscellaneorum pagina 712. & duabus sequentibus: Alterum *Petauianum* dicatum Annæ Britannicæ duorum Regum, Caroli ac Ludouici coniugi, quod præfixa operi specialis Epistola indicat. Nos vtrumque, si res tanti videatur, conferemus, & Lectoribus integrum, quantum fieri poterit, exhibebimus.

ALBERICI Monachi Trium Fontium Ordinis Cisterciensis Chronicon, siue Historia digerendis nobilium Galliæ ac Germaniæ Familiarum genealogicis Tabulis per quàm vtilis, vsque ad sancti Ludouici IX. Francorum Regis ætatem deducta. *Ex codice V. C. Ioannis du Bouchet.*

Neque verò abs re fuerit ex Petauiano indice nonnullos hîc scriptores adiungere, qui lucem, quod sciam, nondum viderunt: Videbunt autem,

cùm visum fuerit serenissimæ Suecorum Reginæ CHRISTINAE, *cuius instructissimam Bibliothecam cum aliis quamplurimis ornant hi quoque codices ex Galliâ nostrâ Stolkolmium deportati.*

ANDREÆ Arelatensis libri tres de origine & gestis Francorum n. 1138.

FVLCONIS Andegauorum Comitis Fragmentum Historiæ Andegauensis n. 1521.

GAVFRIDI de Collono Monasterij sancti Petri Viui apud Senonas n. 677. & 731.

GERALDI de Fracheto Ord. Præd. Chronicon Lemouicense

GERARDI de Aruernia ab orbe condito vsque ad annum 1274. n. 1185.

HELINANDI Monachi Frigidi montis Historia, libris octodecim ab initio mundi, nu. 14. & 32.

HVGONIS de sancta Maria Floriacensis Historia Ecclesiastica seu Chronicon.

HVGONIS à sancto Victore Chronicon.

NICOLAI Ambianensis Chronicon n. 125.

RICHARDI Monachi Chronica temporum num. 256. & 259.

RICOBALDI Ferrariensis Chronicon totius orbis n. 1166.

Tractatus de constructione & perfectione Ecclesiæ & cœnobij sancti Richarij Centulensis n. 822. & quàm plurima alia.

Plura poterant addi: sed nos iamdudum ad se vocant Vitæ Sanctorum & Passiones seu Acta Martyrum, ex quamplurimis eiusdem generis quæ præsto ad manum sunt Bibliothecarum Parisiensium arcana scrutantibus, selecta, ea scilicet, quæ aut nondum vulgata sunt, aut mutila atque innumerabilibus deformata mendis prodierunt.

ADALBERONIS Metensis Episcopi huius nominis secundi vita. *Ex codice mss. V. C. Sebastiani Hardy in Parisiensi Præfectura Consiliarij Regij.*

S. AGOARDI & S. AGLIBERTI Martyrum in vico Crestolio passorum acta. *Ex codice mss.*

S. AMBROSII Caturcensis Episcopi, in Diœcesi Bituricensi defuncti vita. *Ex vetustissimo Ecclesiæ Bituricensis Breuiario Mss. ad diem XVI. Octobris.*

S. ANTONINI Apamiensis Martyris passio. *Ex ms. exemplari.*

S. ANTONINI Martyris vita edita à Paschali Papa. *Ex codice Thuano 534.*

S. APOLLINARIS Valentini Episcopi vita. *Ex codice Petauiano, aliisque pluribus descripta.*

S. ARIGII Vapincensis Episcopi vita. *Ex codice mss. Prioratus*

Siluiniacensis apud Boios diœcesis Claromontanæ.

S. Aviti Viennensis Archiepiscopi vita. *Ex mss. exemplari.*

S. Aunarii Autissiodorensis Episcopi vita. *Ex veteribus membranis quæ penes me sunt.*

S. Austrebertae Virginis vita altero tanto amplior ea quam edidit Surius. *Ex Bibliotheca V.C. Bigotij in suprema subsidiorum Rhotomagensi Curiâ Senatoris integerrimi, quæ plurimas Sanctorum passiones ac vitas suppeditare posset, si nobis propositum esset id scribendi argumentum pluribus persequi.*

S. Austregisili Bituricensis Archiepiscopi res gestæ, ac miracula tribus libris comprehensa cum Elogio eiusdem tumulo marmoreo antiquitus insculpto. *Ex pluribus mss. codicibus probatæ notæ ad diem XX. Maij.*

S. Austremonii Aruernorum primi Præsulis, ad diem primam Nouembris. *Ex apographo, quod alias à V. C. Andrea Duchesnio ex pluribus codicibus mss. exscriptum est.*

B. Baronti Monachi Historia vitæ & conuersationis scripta anno sexto Theodorici Regis Francorum. *In Perauiano indice num. 1193. In Puteano verò habetur,* Visio vel actus B. Baronti Confessoris.

S. Betharii Carnotensis Episcopi vita. *Ex codice mss. Abbatiæ Pratellensis.*

S. Brendani Abbatis vita. *Ex codice Puteano.*

S. Brunonis & Primorum IV. Cartusiæ Priorum Elogia, siue de institutionibus Ordinis Cartusiensis breuis narratio. *Ex mss. codice sancti Remigij Remensis.*

S. Petri de Murrone, siue Cælestini Papæ V. vita duobus libris auctore Petro Alliacensi Cardinale, cuius stylum mutauit in editione Parisiensi anni 1539. Dionysius Faber Cœlestinorum Prior: *Ex codice Naudæano 9.* in quo etiam habetur vita eiusdem sanctissimi Viri, quam ipse propriâ manu scripsit, & in sua cellula reliquit, cui adduntur liber de ipsius Canonizatione à quodam eius deuoto compositus, lamentatio de eius morte, & opus prosometricum, de quo in Coronide Poëtica.

S. Caesarii Arelatensis Archiepiscopi vita, auctore Cypriano, cum Auctario Messiani presbyteri pluribus in locis restituta, sublaris quoque ope *veterum membranarum* quam plurimis mendis, quibus scatet editio D. Vincentij Baralij in Bibliothecâ Lirinensi.

S. Clementis Papæ & Martyris corporis Translatio. *Ex mss. exemplari.*

S. Desiderii Cadurcensis Episcopi vita. *Ex apographo, quod ex*

Cadurcinæ ciuitatis monumentis descriptum communicauit V. C. Antonius de Vyon D. d'Herouual in suprema Rationalium Camera Auditor.

S. DIONYSII Parisiensis Episcopi & Sociorum eius acta contractiora iis, quæ vulgo habentur. *Ex codice Turonensi, & ex veteribus membranis, quas habemus.*

S. EVSICII Confessoris vita. *Ex veteribus membranis.*

S. EVSTADIOLAE, Siue Stadiolæ, Abbatissæ vita. *Ex codice mss. Ecclesiæ Medij Monasterij in vrbe Bituricensi, quod olim ipsa construxit, fundauitque.*

S. FELICIS, nec non Liberij, Romanorum Pontificum acta. *Ex mss. exemplari non adscripto eius, vnde descriptum fuit, codicis loco, aut possessori.*

S. FIRMATI patriâ Turonensis vita: obiit 8. Kal. Maij. *Ex mss. exemplari. Extabat & in codice Corbeiensi, ibique fit mẽtio Eonæ super Rhodanum, vt monuit P. Iacobus. Sirmondus in eruditissimis notis ad Auiti Viennensis Epistolas, pagina* 54. In eodem, ni fallor, codice visebantur, vita sancti Turibij Cenomanensis Episcopi qui obiit XVI. Kal. Maij, Auctore Caro filio Seueri, Passio sancti Irenæi Episcopi Sirmiensis 8. Idus Aprilis, vita sancti Siuinardi è pago Cenomanico qui decessit Kal. Martij anno 8. Theodorici Regis, vita sancti Bertutini à Barbaris occisi, qui à Normannia venit ad regionem adiacentem castello cui nomen est Vallis-Guidonis non procul à Meduana Fluuio, vbi nunc Ecclesia sancti Berturini nomine, vita sancti Carauni martyris apud Carnotenos occisi à sicarijs, Passio sancti Ernani Martyris apud Augustodunum tempore Nectarij Episcopi, vita sancti Florentij Presbyteri quatuor libellis vita sancti Maculfi Abbatis, translatio S. Liborij tempore Ludouici Pij, &c.

SS. FLORIDI Tiphernatis seu Ciuitatis Castelli Episcopi, & Amãtij eiusdẽ ciuitatis Presbyteri ac Patroni, auctore Arnulpho Aretino Canonico ac Diacono ad Theobaldum Castellanum Episcopum circà annum 1080. *Ex codice Naudæano 17.*

S. FVRSEI Abbatis vita, auctore Arnulfo Latiniacensi Abbate. *Ex codicibus mss. Bibliothecæ Petauianæ & aliarum.*

S. GERMANI Autisiodorensis Episcopi Miracula duobus libris comprehensa auctore Herico Monacho cœnobij sancti Germani ad eamdem vrbem, qui vitam eiusdem Sancti carmine complexus est sex libris, iam olim seorsim vulgatis. *Ex vetustissimo codice mss. Ecclesiæ B. Mariæ Laudunensis, & fragmento apographi descripti ex codice sancti Ioannis Reomaensis in Diœcesi Lingonensi: nec non ex veteribus membranis, quæ penes me sunt.*

sanctæ

S. Gloresindis Virginis vita, & translationes, Ioanne Abbate, ni fallor, Gorzienli auctore. *Ex mss. codice nostro, aliisque optimæ notæ.*

Gvetini, siue Gustini Monachi visio. *Ex codicibus mss. Puteanæ Bibliothecæ cum Frecu'fo Lexouiensi & Gofrido Monumetensi compactis.*

S. Gvndvlfi Episcopi Translatio & Miracula. *Ex codice mss. Ecclesiæ Collegiatæ B. Austregisili de Castro in suburbio Bituricæ Ciuitatis.*

B. Helenae Monasterij Ordinis de Cella veteri extra Paduam, quæ obiit anno ætatis suæ 24. Christi 1231. die quarta Nouembris cum reuelationibus ipsi à Deo factis. *Ex codice Naudæano 17.*

Hildeberti, primum Cenomanensis Episcopi, tum Archiepiscopi Turonensis., vita: *Ex libro mss. de Gestis Pontificum Cenomanensium.*

De Gestis & translatione B. Iacobi è Castro Plebis, ordinis Seruorum. *Ex codice Naudæano 27.*

S. Ioannis Chrysostomi vita, Christophoro quodam interprete, à Leone clerico cognomento Ioanne innumeris verbis aucta, plurimisque in locis castigata, ac Lupo Presbytero, quondam Iuliano appellato, dicata. *Exscripta ex membranis ante annos plus minus quingentos exaratis.* In codice 17. S. P. vir quidam eruditus annotauit reperiri vitam Ioannis Chrysostomi editam per Leonem seu Ioannem Clericum cum epistola dedicatoria ad quemdam Iulianum seu Lupum Presbyterum. At in pluteo Historiæ Ecclesiasticæ libros gestante obseruauit cum pluribus aliis, & hæc quatuor opuscula 1. Historiam Compendiosam ab Adamo ad Alexandrum Tertium, 2. Callisti 11. Papæ, antea Iacobi, opus de Miraculis sancti Iacobi Apostoli, & variis Historiis eò spectantibus, 3. de vita sanctæ Magdalenæ, Marthæ & Lazari, ac testimonia litterarum Summorum Pontificum de translatione corporis sanctæ Magdalenæ ex territorio Aquensi tempore Gerardi de Rossilione Comitis Burgundiæ in Monasterio Vezeliacensi per B. Badilonem, alias Ludilonem, IV. de Inuentione & reuelatione imaginis Crucifixi Ciuitatis Lucensis per Leboinum Diaconum edita, & de translatione facta ad ciuitatem Lucensem, anno Domini 742. In eadem Bibliotheca fuisse memorantur: Passio sancti Volusiani Martyris scripta à Gregorio Turonensi, translatio sancti Hieronymi ex Bethleem ad vrbem cum carminibus in eius laudem & floribus ex operibus eiusdem decerptis, carmina de laudibus sancti Mauri, Epistola Cyrilli Presbyteri Montis Carmeli ad Abbatem Ioachimum de futurorum reuelationibus, Ioachimi Abbatis Florensis Concordia noui ac

veteris Teſtamenti, Theophili Antiocheni Homilia, Seueriani Epiſcopi tres homilię de Lazaro ſcilicet & in Euág. Quis ex vobis arguet me de peccato. Et rogabat Ieſum quidã Phariſæus, &c. Epiſtola Ebbonis Archiepiſcopi ad Alitgarium Epiſcopum cum reſponſione. Item Quadripartita editio Magiſtri Alani contra Hæreticos, VValdenſes, Iudæos & Paganos cum Epiſtola ad Principem Peſſulanum; Dialogus Iacobi de Altouitis & Ioannis de Siglero, de ſedando ſchiſmate Benedicti de Luna &c. quæ mihi tantùm ex indice comperta ſunt; ſi verò aliunde nanciſci liceat, ea cum cæteris publici iuris faciemus ipſi, aut ſaltem alios ad ea vulganda intento in fontes digito hortabimur & adiuuabimus.

S. Ioannis Gorziæ Abbatis vita: *Ex apographo codicis mſſ. pluribus in locis carie exeſi.*

S Iuniani Confeſſoris & Sacerdotis vita, auctore VVlfino Epiſcopo ad Godolenum Abbatem. *Ex mſſ. Exemplari.*

S. Lauriani Hiſpalenſis Epiſcopi Paſſio die quarta Iulij. *Ex codice mſſ. Eccleſiæ ſancti Auſtregiſili de Caſtro Bituricenſi.*

De ſanctis Lemouicenſis Diœceſis tres narrationes, auctore Fr. Bernardo Guidone Ordinis Prædicatorum Epiſcopo Lodeuenſi à nobis ante plures annos deſcriptæ *ex codice Petauianæ inſignis Bibliothecæ 638.* in quo habebantur, quæ pronuper edidimus pagina 608. & ſequentibus Tomi I. noſtrorum Miſcellaneorum: I. de Fundatione Ordinis Grandimontenſis in eadem Diœceſi Lemouicenſi. II. de Fundatione & progreſſu Monaſterij ſancti Auguſtini Lemouicenſis. III. de Fundatione & Prioribus ordinis Artigiæ in eadem Prouincia.

S. Leopardini Monachi & Martyris paſſio & miracula. *Ex codice mſſ. Siluiniacenſi:* Addemus & contractiorem Hiſtoriam *ex veteribus membranis Abbatiæ S. Sulpitij Bituricenſis*, ad quam ſpectat ſancti Leopardini Prioratus ad ripam Elaueris.

S. Leufredi Abbatis vita. *Ex codice mſſ. Abbatiæ Pratellenſis.* Eandem vidiſſe me memini in libellulo anno MDXCVIII. cum aliquot chartis editam ſtudio & opera Domini Iacobi du Breul Monachi ſancti Germani de Pratis.

SS. Martyrum Marcelli & Anaſtaſii acta contracta *ex ampliori narratione mſſ.* quam, ſi ſe det occaſio, ſuo deinceps tempore integram repræſentabimus.

S. Mariani Eremitæ. *Ex vetuſtiſſimo Breuiario Diœceſeos Bituricenſis ad diem 19. Septembris.*

S. Maximi Reienſis in Prouincia Narbonenſi Epiſcopi. *Ex codice mſſ. & ex Regio 627.*

SS. Decem millium Martyrum Passio x. Kal. Iulii, Latinè reddita ab Anastasio Bibliothecario. *Ex codice mss. ni fallor illo ipso, qui fuit in Bibliotheca V. C. Alexandri Petauij.*

S. MAXIMINI Abbatis Miciacensis, auctore Bertoldo Monacho: eiusdemque Miracula auctore Letaldo eiusdem loci Monacho: *Ex codicibus Petauianis & Regijs* 542. 627.

S. MEDARDI Nouiomensis Episcopi vita per Radbodum Nouiomensem. *Ex codice Thuano* 593.

S. MENVLFI Episcopi. *Ex veteri Breuiario Biturigum, ad diem 12. Iulij, & citato iamsæpius codice mss. S. Austregisili de Castro.*

Translatio corporis sanctæ Monicæ Matris sancti Augustini de Ecclesia sanctæ Aureæ apud ostia Tiberina ad Ecclesiam Abbatiæ sancti Nicolai de Arroasia seu de Arida Gamantia diœcesis Atrebatensis ordinis Canonicorum sancti Augustini anno 1172. duodecimo Kalendas Maii. *Ex codice Naudæano.*

S. NICONIS vita ex Græco in Latinum sermonem conuersa à *R. P. Iacobo Sirmondo Soc. Iesu.* Si Græcum apographum nancisci liceat, eandem referuabimus antiquis nostris Lectionibus Græco-Latinis, vnà cum vita sancti Pauli in Latro, ab eodem nobilissimo scriptore Latinè reddita, cuius Græcum exemplar reperimus.

S. PARDVLFI Abbatis Garactensis vita. *Ex veteribus membranis quæ penes nos sunt.*

S. PATERNIANI Episcopi & Patroni Fanensis qui sub Diocletiano vixit. *Ex codice Naudæano* 27.

S. PEREGRINI primi Autisiodorensium Episcopi passio. *Ex codice mss.*

SS. PERPETVAE & Felicitatis Martyrum Acta tum ampliora, tum contractiora. *Ex codicibus mss.*

S. REGINAE Martyris passio. *Ex mss. codice Flauiniacensi, cuius apographum communicauit R. P. Ludouicus Iacob Ord. Carmelitarum.*

S. RICHMIRI Sacerdotis, qui tempore Theodorici Regis, & Gilberti Episcopi, apud Cenomanos vixit. *Ex codice mss. Abbatiæ S. Melanii Rhedonensis.*

Liber tripertitus vitæ B. Roberti Abbatis Casæ Dei, cum appendice de eiusdem virtutibus ad Stephanum Abbatem. *Ex mss. exemplari.*

S. SALVII Ambianensis Episcopi. *Ex mss. exemplari. In Bigotiano codice* cum aliis pluribus legitur vita sancti Saluii episcopi & Confessoris.

S. SILVANI Confessoris, Leprosensium in Diœcesi Bituricensi patroni: *Ex antiquissimo Bituricensis Ecclesiæ Breuiario.*

S. Sori Confessoris. *Ex codice Thuano 652.*

S. Svlpitii, cognomento Pii, Patriarchæ Bituricensis Vita longè vberior atque elegantior eâ, quam ediderunt Tomo I. de Vitis Sanctorum D. Surius Cartusianus & R. P. Ioannes Bolãdus Auctore Ioanne Fernande Monacho Casalis-Benedicti in agro Bituricensi, cuius meminit Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.

S. Theodardi Narbonensis Archiepiscopi. *Ex codice mss.*

S. Theodori Sedunensis Episcopi per Ruodpertum. *Ex codice Thuano 275.*

S Trvdonis Presbyteri vita auctore Donato quodam, qui in Epistola ad Angilramnum Archiepiscopum vocat se exiguum vltimumque exulem. *Ex veteribus membranis Abbatiæ sancti Vincentij Metensis* in quibus etiam descriptæ habentur Passio S. Eulaliæ Virginis, & vita sancti Hilarii Pictauorum Episcopi.

S. Vigoris Baiocensis Episcopi, & S. Vrsi Confessoris, de quo Gregorius Turonensis, &c.

Accedvnt ex Græcis mss. codicibus conuersa in Latinam linguam à R. P. Iacobo Pontano Societatis Iesu, quæ sequuntur.

I. de sancto Martyre Quadrato Corinthio, & quibusdam alijs Martyribus vtriusque sexus.

II. Vita sancti Antonii Patriarchæ Constantinopolitani.

III. Vita & certamen sancti Maximi Confessoris.

IV. Ioannis Metropolitæ Euchaitarum Encomium sanctissimorum Pontificum Basilij Magni, Gregorii Theologi & Ioannis Chrysostomi. Verùm de iis iam plus satis: ad secundam Partem accedamus.



NOVÆ



NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV.

SECVNDA PARS.

Biblica & Theologica.



Otitia de Sacris ſcripturis & libris Apocryphis, ſeu Deſcriptio & Adnotatio Gelaſij Papæ. *Ad calcem Conciliorum in antiquo Remenſi codice mſſ.* vnde plurimum lucis accedet ijs, quæ ex decreto eiuſdem Gelaſij Romani Pontificis édidit Gratianus, Diſtinctione xv. canone *ſăcta Romana Eccleſia. &c.*

Clauis ſacræ Scripturæ, Mileto ſeu Melitone, Aſiano, vt volunt, Epiſcopo auctore. *Ex codice mſſ. collato cum Appendice ad Biblia verè aurea Theodulfi Aurelianenſis Epiſcopi, quæ quantiuis pretij extant in Bibliotheca Memmiana ante octingentos, & quod excurrit, annos deſcripta elegantiſsimo charactere.*

S. GREGORII Magni Papæ de Concordia Teſtimoniorum libellus.

ex apographo codicis mss. Abbatiæ sancti Maximini ad muros Treuirensis.

S. PEREGRINI Episcopi prooemium in propugnaculum Fidei aduersus hæreses ex Scripturis constructum, & in canones xc. diuisum: *ex mss. exemplari.*

S. AVGVSTINI Hipponensis Episcopi Speculum ex sacris Scripturis aliò longè ordine, modóque digestum, quàm quod vulgo apparet. *Ex appendice ad eadem Biblia Theodulfi, quæ seruantur in Bibliotheca Memmiana.*

Breuiloquium pauperum in Scriptura in septem partes diuisum. *Ex codice mss.*

Liber distinctionum in Scripturam. *Ex codice Puteano.*

EVSTATHII Antiocheni Episcopi Homilia in Hexaemeron, Genesin, &c. Latinè reddita à R. P. Ioanne Mariana è Societate Iesu.

Catena Patrum in Exodum optimæ notæ. *Ex codice 606. II. Partis Bibl. Regiæ.*

Moralis expositio super Exodum Stephani Langton, siue de Languetone, qui Canruariæ viuebat anno 1228. fuitque S. R. E. Cardinalis &c. ex Doctore Theologo & Cancellario Academiæ Parisiensis. *Ex codice Naudæano 6.* Eiusdem plurima in sacram Scripturam Commentaria recenset Gesnerus.

ADREBALDI Monachi, vt creditur, Floriacensis, libellus de Benedictionibus Patriarcharum filiorum Iacob. *Ex codice mss. FE. 14. Bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis ἀκεφάλῳ ϗ μετώπῳ* tacitóque Auctoris nomine, quæ nos aliunde suppleuimus.

ROBERTI Episcopi Lingonensis super Leuiticum. *Ex codice Regio 153.* Glossas in Leuiticum habes *cod. 862.*

ADALBERTI Diaconi speculum ex Moralibus sancti Gregorii in Iob distributum in quatuor libros ad Harmanum Presbyterum. *Ex codice mss.* Scio latere alicubi librum hoc titulo: Gregorialis, B. Gregorii Papæ continens testimonia Noui & Veteris Testamenti ex opusculis sancti Gregorii Papæ extracta & in vnum côllecta per Aulfum Cœnobij S. Martini Tornacensis Monachum anno Domini 1192. sub Odone primo eius loci Abbate deinde Episcopo Cameracensi, cuius iussu auctor opus illud ex B. Gregorio compilauit.

EVSEBII Commentarij in Isaiam. *Ex codice Thuano 188.*

HERVEI Dolensis Monachi Expositionis in Isaiam Prophetam libri octo, ad Ioannem Dolensium Abbatem. *Ex codice mss.*

Magistri Andreæ expositio super Isaiam. *Ex codice Thuano 275.*

PASCHASII & Gilberti in Lamentationes Ieremiæ. *Ex codice Regio 1106.*

M. ANSELLI Archidiaconi Glossulæ super Psalterium. *Ex codice mss.*

Expositio Psalmorum collecta ex Patribus à Fr. Petro, Priore Ecclesiæ Floreffiensis. *Ex codice Regio 1278.*

Commentaria Incerti in Psalmos. *Ex codice mss. & ex Regijs 953. 1321. 2179. aliisque.*

RVFINI Aquileiensis Presbyteri in psalmos LXXVI. Commentarij, extant nonnihil diuersi ab editis *in indice Bibliothecæ S. Germani Parisiensis* num. 73. Si quid publica luce dignum sit illud describemus.

Præfatio in Explanationem Cantici Canticorum, siue Epistola Iusti Episcopi ad Sergium Papam & Iustum Diaconem. *Ex apographo codicis mss. Heriuallensis.*

IOANNIS de Abbatisuilla Decani Ambianensis, & postea Sabinensis Episcopi, in Cantica Canticorum, *ex codice mss. 63. Abbatiæ S. Germani Parisiensis.*

Incerti in Canticа Canticorum, *Ex codice Thuano 266. & ex Regio 2267.*

GVIDONIS Elnensis in Euangelia. *Ex codice Thuano* 188. & Incerti Annotationes, *ex Regio* 1164.

SEDVLII Collectaneum in Euangelium S. Matthæi ex varijs Patribus excerptum, & in capita seu sectiones CCCLV. diuisum. *Ex codice mss. optimæ notæ.* Vidimus quoque eiusdem, seu potius antiquioris alterius Sedulij exemplar operis Paschalis quatuordecim prioribus capitibus initio mutilum, in cuius fine hæc erant adscripta: Hoc opus Sedulius inter Cartulas dispersum reliquit, quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam diuulgatum est à Turtio Rufio Asterio, Exconsule ordinario, atque Patricio, quod & subsequentes indicant eiusdem Asterij versus.

Sume Sacer meritis veracis dicta Poëtæ,
Quæ sine figmenti condita sunt vitio.
Quo calet alma fides, quo sancti gratia Christi,
Per quam iustus ait talia Sedulius.
Asteriique tui semper meminisse iubeto,
Cuius ope, & curâ edita sunt populis.
Quæ quamuis summi celebrent per secula fastus:
Plus tamen ad meritum est; si viget ore tuo.

Hæc verò placuit adscribere, quòd diligentissimi Francisci Iu-

reti solertiam fugerint: sequuntur in eodem codice laus domnæ Eunomiæ Sacræ Virginis, conflictus veris & Hyemis, Commodiani Instructiones, & alia complura, quæ suis locis repræsentabimus.

CLAVDII Taurinensis Episcopi explanationum in Matthæum libri tres, anno DCCCXV. conscripti ad Iustum Abbatem, quem etiam appellatione Græcanica Eusebium vocitat. *Ex codice mss.* Habemus quoque præ manibus Tractatus super Leuiticum ab eodem Claudio Taurinensi Episcopo scripti anno DCCCXXIII. ad Theodemirum Abbatem, Præfationem & Epilogum, quæ duo, si libros ipsos quatuor integros nancisci non licuerit, Viris Doctis non inuidebimus.

ANSELMI de Monte Leonis Glossæ in Matthæum. *Ex codice Regio 246.*

ROBERTI Monachi Lirensis in Euangelium sancti Ioannis. *Ex codice Regio 2201.*

ERCANBERTI Annotationes in Euangelium sancti Ioannis. *Ex codice mss.*

Incerti commentarius in Epistolas sancti Pauli. *Ex codice Regio 978.*

MARII VICTORINI antiquissimi Rhetoris Christiani commentarij in Epistolas sancti Pauli Apostoli ad Galatas & ad Philippenses. *Ex mss. exemplari.*

Eiudem Auctoris contra Iustum Manichæum.

Eiusdem aduersus Candidum Arianum cum ipsius Gandidi libello de generatione Diuina. *Ex codice 774 Bibliothecæ Regiæ.*

CLAVDII Episcopi Taurinensis in Epistolam ad Romanos & in duas ad Corinthios. *Ex codice* 248 *Regio.*

CLEMENTIS Alexandrini, vt fert titulus, Adumbrationes in Epistolas aliquot Canonicas, omissis Epistola Beati Iacobi & B. Ioannis tertia *Ex codice mss. qui fuit olim S. Mariæ Montis Dei*, in quo V. Bedæ, & Dydimi carne cæci, vt quidem habetur in titulo, expositiones super easdem Epistolas Canonicas. Hos vtriusque Auctoris commentarios cum editis conferemus.

Incerti commentarius in Epistolas S. Pauli ad Romanos, ad Corinthios, & I. ad Thessalonicenses. *Ex codice Regio 432.*

GISLEBERTI Pictauensis Glossulæ in Epistolas sancti Pauli Apostoli. *Ex codice Thuano 275.* Aliæ Glossæ in easdem Epistolas ex *codicibus Regiis*, 1571. 1579. &c.

AMBROSII ANSBERTI Epistola præfixa commentario in Apocalypsin, quæ desideratur in excusis. *Ex codice 95. mss. Bibliothecæ*

sancti

sancti Germani de Pratis.

Interpretatio in Apocalypsim *Ex 2. fasciculo Bibliothecæ Regiæ.*

Scio & Aprigium Pacis Iuliæ in Hispania Episcopum scripsisse commentarium in Apocalypsim, nondum editum: de quo Isidorus Hispalensis in libro de Scriptoribus mentionem facit. Incipit: Biformem Diuinæ legis historiam duplici Sacramenti mysterio differendam non est nostræ humanitatis vel fragilitatis aliter posse enarrare, nisi sub Christo auctore, &c.

BERENGAVDI, Viri Ecclesiasticis literis optime eruditi in librum Apocalypseos. *Ex codice Regio 864. & altero R. P. Hieronymi Vignier* in quo eiusdem, vt creditur, extant commentarii in Epistolas Canonicas.

Hactenus Scripturæ Sacræ ductum sequuti, ordinem vtcumque aliquem, regulámque seruauimus, nunc Tractatus Theologicos, opuscula aduersùs Hæreticos polemica, Definitiones Fidei, Homilias, Sermones, atque ad pietatem Adhortationes, Formulas, cæteraque ad ritus Ecclesiasticos spectãtia, Regulas Canonicorum, Monachorúmque, ac nonnullas Synodos, Gallicanis intactis, prosequemur.

Quæstiones Magistri Odonis Suessionensis, postea Abbatis Vrticampi, tandem Episcopi Tusculanensis, qui vixit tempore Papæ Eugenij III. *Ex codice 8. V. C. Gabrielis Naudæi.*

M. PETRI Pictauini Parisiensis Academiæ Cancellarij glossæ super Sententias M. Petri Lombardi Præceptoris sui. *Ex codice Victorino D. I.* In quo eiusdem distinctiones in Psalterium. Illi fermè suppar extitit F. Petrus Pictauiensis Abbatiæ S. Victoris Canonicus, cuius pœnitentialis liber mss. seruatur in eadem instructissima Bibliothecâ, vnâ cum altero pœnitentiali M. Petri de Flamesburgo eiusdem Cœnobij Canonici.

M. PRÆPOSITIVI Cancellarii Parisiensis summa. *Ex codice mss. nostræ Bibliothecæ,* quem cum *Victorino* conferemus, in quo habentur Magistri Martini quæstiones Theologicæ in quatuor libros distinctæ.

M. IOANNIS Nouiomensis summa. *Ex eodem mss. codice nostro.*

PETRI Cantoris Parisiensis, qui sub Philippo Augusto vixit, summa de Sacramentis & animæ Consiliis. *x codice mss. sancti Victoris GG. 13.*

Quæstiones variæ Simonis de Tornaco, qui viuebat circa annum Christi MCCXVI. *Ex duobus mss. codicibus.* Eiusdem expositio Symboli, quod sancto Athanasio tribuitur, habetur in vno ex duobus illis codicibus.

De Sacramentis liber incerti. *Ex codice Thuano 637*

M. ROBERTI Pulli S. R. E. Cardinalis & Cancellarij sub Lucio Papa II. sententiæ in 8. partes distributæ. *Ex codice mss. S. Germani ad Vrbem.*

GVILLELMI Abbatis Albæ Ripæ de Sacramentis Minorum, *Ex codice Thuano 787.*

Thomæ Cracouiensis dialogus de ratione sumendi corpus Christi. *Ex codice Thuano 773.*

Incerti Auctoris libellus de Eucharistiâ. *Ex mss. Exemplari.* de origine mortis humanæ, de animabus defunctorum, de vltima corporum resurrectione cum sermone Magistri Renardi. *Ex codice Regio 1653.*

S. NICETÆ Dacorum Episcopi de quo sæpe S. Paulrus Nolanus Episcopus & Martyrologium Romanum ad diem VII. Ianuarij, Tractatus duo: Primus de Vigiliis seruorum Dei: Alter de Bono Psalmodih. *Ex codd. Vaticanis & Bibliothecæ sancti Maximini Treuirensis.*

MAGNI, seu Magnonis, Senonensis Archiepiscopi liber siue Tractatus de Baptismo. *Ex mss. exemplari.*

IESSE Ambianensis Episcopi de Ordine Baptismi. *Extabat olim in codice V. C. Francisci Pithoei cum Theodulfi libello eiusdem argumenti edito à Domno Hugone Menardo in notis ad Sacramentarium S. Gregorii, & à R. P. Iacobo Sirmundo inter opera Theodulfi.*

IONAE Aurelianensis Episcopi Tractatus ad Pipinum Aquitaniæ Regem septemdecim capitulis constans. *Ex mss. exemplari.*

ÆNEAE Parisiensis Episcopi aduersus Grecos. *Ex mss. 444. Bibliothecæ Thuanæ.*

RATRAMNI Monachi Corbeiensis aduersus eosdem Græcos libri quatuor. *Ex codice mss. 711. eiusdem Bibliothecæ Thuanæ: In Petauiano Indice occurrit numeris 1287. & 1362.*

AVXILII Tractatus de Translatione Episcoporum, & ordinationibus à Formoso Papâ factis. *Ex mss. exemplari.*

Eiusdem Auxilii de eodem argumento Dialogus ad Leonem Nolanæ sedis Episcopum. *Ex eodem codice.*

GISLEBERTI Abbatis VVestmonasteriensis disputatio Iudęi cum Christiano ad S. Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum. *Ex veteribus membranis.*

PETRI Alfonsi Viri illustris ex Iudęo Catholici Christiani Dialogus in duodecim titulos seu Partes distributus. *Ex codice mss.* In prologo ait se, cùm antea Moyses vocaretur, baptizatum fuisse in sede Oscensis ciuitatis à Stephano Episcopo anno Chri-

sti 1106. Æra Hispanica 1144. mense Iulio, die natali Apostolorum Petri & Pauli, susceptumque è sacro fonte ab Alfonso Imperatore Hispanico, quem suum Patrem spiritualem appellat.

Collatio Orthodoxi cum contradicentibus. *Ex mss. exemplari.*

Collecta quędam à Floro Magistro ex SS. Patribus. *Ex mss. exemplari.*

Tres Fidei expositiones breuissimæ. *Ex codice Aniciensi post Damasi Epistolam ad Paulinum Antiochenum & ante Epistolam Sardicensis Synodi ad Iulium Papam.*

Definitio Fidei, symbolique Nicani Concilij: item interrogationes de oratione Dominicâ, & symbolo, cum breui expositione super orationem Dominicam. *Ex veteri codice Fiscanensi.*

S. QVINTINIANI seu Quintiani, Asculani Episcopi ad Petrum Antiochenum Anathematismi nō nihil diuersi ab editis, cum tribus fragmentis de Mysterio Incarnationis ex epistolâ, seu tractatu ANASTASII Papæ Romani ad Vigilium. *Ex codice MS. S. Victoris Parisiensis DD. 10. paginis 159. & 163.*

Incerti de Cardinalibus Christi operibus ad Hadrianum Papam, cum eiusdem expositione symboli & orationis Dominicæ. *Ex codice Regio 1671. In sequenti 1672.* habetur liber incerti de Arcâ Noë.

GVILLELMI, Abbatis S. Theodorici, de corpore & sanguine Domini.

Eiusdem speculum Fidei.

Eiusdem Ænigma Fidei.

Eiusdem de contemplando Deo.

Eiusdem Meditatiuæ orationes.

Eiusdem aduersus errores Gisleberti Porretani.

Eiusdem contra Petrum Abaillardum libri tres initio truncati. *In calce codicis membranacei, quo vsus sum, habetur.* Vnus quaternus deest in principio, requiratur apud Moriniacenses Monachos iuxta Stampas.

Fr. MONETI Ord Præd. contra Pauperes de Lugduno. *Ex codd. Petauiano.* In *Naudæano* inscribitur summa contra Catharos & Valdenses compilata à Fratre Moneta O. P. ad Fidei Catholicæ corroborationem & extirpationem Hæreticæ prauitatis, &c.

Doctrina Osij Episcopi de obseruatione doctrinæ Dominicæ. *Ex veteribus schedis.*

ALBVINI Presbyteri liber de virtutibus & vitiis. *Ex codice mss. cuius Prologus sic incipit.* Albuinus Presbyter indignus non in facto portans nomen Eremitæ, sed tantummodò solo nomine, Arnel-

do Parisiensi Canonico & suo fidelissimo amico optat gloriam & pacem sempiternam. Dulcissime pater, &c.

Francisci Saonensis Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula qui ad summum euectus Romani Pontificatus apicem dictus est Sixtus IV. Tractatus de potentia Dei scriptus Kal. Oct. anni 1470. *Ex codice Naudæano.*

Iacoboni de Tuderto tractatus, qualiter anima potest peruenire citò ad cognitionem veritatis. *Ex codice Regio* 880.

Hildeberti, Cenomanensis primùm Episcopi, tum Archiepiscopi Turonensis, Philosophia de interiori & exteriori homine. *Ex codice Thuano* 311. *cum alio collato.*

Drogonis Episcopi Ostiensis Soliloquia de sacramento Dominicæ Passionis. *Ex codice Regio* 1106. Seorsim, ni fallor, ed ita.

Alani Tractatus de Fide. *Ex codice Thuano* 266. Eiusdem aut alterius Alani opusculum de arte prædicandi extat *in Bibliotheca S. Germani Parisiensis codice mss.* 322.

Ioannis Prioris S. Ioannis in Vineis prope Suessionas liber de Claustro animæ. *Ex codice mss. Petauiano.* In *codice Regio* 1830. extat Mag. Hugonis de Foileto liber eodem titulo, tum de ordine Claustri materialis, liber XII. Abusuum Claustri, & denotatio XV. graduum.

VValteri Prioris S. Victoris opuscula. *Ex codice Petauiano.*

Fr. Bartholomaei Vrbinatis de re bellica spirituali. *Ex codice mss. Regio* 428.

Hvgonis de Miromari liber de miseria hominis. *Ex codice Thuano.* 73.

Thomæ de Cantiprato libri duo inscripti: Bonum vniuersale siue de Apibus mysticis: *Codicem Thuanum* 62. *cum editis comparabimus.*

Secretum Secretorum Philippi. *Ex codice Thuano* 733. *&* 536. II. *Partis Bibl. Regiæ.*

Liber Dominus dicit: *Ex codice Thuano* 434.

Sermones Didactici & Ascetici. *Ex codice Regio* 544.

Ven. Bedae Homiliæ aliquot nondum editæ. *Ex codice Thuano* 572.

Roberti Pulli Cardinalis sermones de communi Sanctorum. *Ex codice Puteano.*

Sermo de forma & vtilitate Ieiunij. *Ex codice Regio* 182. *pagina* 169 in quo habentur S. Augustini sermones collecti à Roberto de Bardis Cancellario Parisiensi.

Tractatus de Oratione. *Ex eodem codice Regio p.* 210.

Prælocutio

Præloćutio in Parochijs *Ex codice mſſ. ſancti Maximini prope Treuiros.*

Sermones IOANNIS Papæ, vt creditur XXII. habiti in Festis B. Mariæ,& per Raymondum Procuratorem ordinis Minorum ſuæ Sanctitatis ſeruum reportati. *Ex codice Naudæano* 4.

ANONYMI Sermones de aduentu & natali Domini, de S. Stephano, de Purificatione B. Mariæ,& aliis argumentis numero circiter 33. Inter cæteros eminet ſermo in abſolutione ad pœnitentes. *Ex codice Bigotianæ Bibliothecæ*, in quo etiam habetur expoſitio ſuper Canonem Miſſæ ſecundùm Alarium fortè Amalarium.

Sermo Epiſcopi ad Epiſcopos. *Ex mſſ. exemplari.*

REMIGII & Seuetiani ſeu Seuerini ſermones, & incerti in Euangelium, Cùm introiſſet Ieſus in Capharnaum. *Ex codice Regio* 199. *in codice* 514. Remigij Monachi Homiliæ in Euangelia.

Sermo in Feſto ſancti Victoris Martyris. *Ex veteribus membranis*

Sermo in Natiuitate ſanctę Marię. *Ex codice Puteano.* Eſt etiam alter prolixus de eodem argumento in *codice* 351. *Abbatiæ ſancti Germani de Pratis.*

Sermo IOANNIS Vitalis Ord. Minorum de Conceptione B. Virginis anno 1386 *Ex codice Thuano* 164.

Magiſtri Hilduini ſeptem ſermones. *Ex codice mſſ.*

PETRI Oſtienſis Homiliæ in quatuor Euangelia per annum. *Ex codice Regio* 895.

Homilia Magiſtri Præpoſitiui. *Ex codice Puteano.*

IOANNIS de Abbatiſuilla Cardinalis S. Sabinæ ſumma Homiliarum: *Ex codice* 491. *ſancti Germani de Pratis. In Regio codice* 1899. habetur eiuſdem Auctoris Tractatus in Epiſtolas & Euãgelia Dominicarum totius anni poſt ſermonem de ſolemnitate omnium Sanctorum & quæſtiones de VII. Sacramentis. *In ſequenti codice* 1900. Sunt Sermones de Dominicis & Feſtis Sanctorum aliiſque argumentis cum epiſtola de rotulo Roberti Abbatis, &c.

TRETERII Diaconi Homiliæ. *Ex codice Thuano* 27.

Incertorum Homiliæ & ſermones. *Ex codicibus Thuanis* 416. & 442. & *Regijs multis.*

Pro Eccleſiaſtica libertate, ſiue de immunitate Clericorum à quibuſdam impoſitionibus, octo Orationes recitatæ à Bernardo de Roſergio Eccleſiæ Toloſanæ Præpoſito, coram Carolo VII. & Delfino. *Ex codice Regio* 1309.

De Ordinationibus Epiſcoporum. *Ex codice mſſ. in quo Cano-*

nes Isaaci Episcopi Lingonensis.

Ordo scrutinij qualiter fieri debeat. *Ex mss exemplari.*

Officium Episcopi. *Ex codice Bibliothecæ sancti Victoris GG. num.* 14.

Formulæ duodecim exhibitæ ab ordinandis Episcopis, subiectionis, reuerentiæ atque obedientiæ suo Metropolitano. *Ex codice Arelatensi mss.*

Litaniæ vetustissimæ *ad calcem Arelatensis libri mss. argenteis eburneisque laminis tecti.* Sunt etiam quædam Litaniæ *in codice mss. Pontificali Bellouacensis Ecclesiæ*, in quibus mentio fit Ioannis Papæ, Rogerij Episcopi, Roberti Regis & Reginæ Constantiæ.

Manu missio serui, vt ad ordines promoueatur: & literæ dimissoriæ, vt Episcopus ordinet Clericum. *Ex veteribus schedis.*

Formula excommunicationis solemnis. *Ex veteri codice.*

De absolutione Philippi I. Francorum Regis ob incestum cum Bertrada coniugium data Parisiis Paschalis Papæ nomine IV. Nonas Decembres anno Christi MCV. Epistolæ duæ: Prima ipsius Philippi Regis ad Lambertum Episcopum, cui Papa vices suas ad absoluendum delegarat; Altera Lamberti Atrebatensis Episcopi ad Paschalem Papam de absolutione Regi concessa. *Ex codice mss. Igniacensis Cœnobij O. C. in Remensi Campania. Ac ne res omnium Eruditorum votis iampridem expetita, discutiendisque Historiæ nostræ tenebris aptissima, immò & pernecessaria, diutius differatur, Ecce tibi, Amice Lector, vtramque in antecessum Epistolam.*

Epistola PHILIPPI Regis.

PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex LAMBERTO Atrebatensium Episcopo fideli & amico nostro Salutem & gratiam nostram. Quia Dominus Papa per TETBALDVM OVIDIVM missum nostrum Archiepiscopis & Episcopis nostris, & tibi ipsi litteras modò nouiter misit, de absolutione nostrâ, vt nos absoluerent, sicut tu ipse videbis in litteris Papæ; tibique inter illos eiusdem absolutionis ex nomine vicem commisit, mandamus tibi, & precamur, quatenùs in crastino festiuitatis S. ANDREAE ad hoc negotium præcipuè tibi commissum adsis cum Archiepiscopis & Episcopis nostris, qui ibi aderunt, tum ex præcepto Papæ, tum ex fide, quam mihi debes, commonitus, posthabita omni occasione. Vale.

Epiſtola LAMBERTI Epiſcopi.

REVERENTISSIMO Domino & Patri Patrum PASCHALI Papæ LAMBERTVS Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus debitam cum orationibus ſubiectionem. Conuenientes Pariſijs ex veſtra auctoritate Archiepiſcopi, Dominus DAIMBERTVS Senonenſis, RODVLFVS Turonenſis, Epiſcopi quoque Ivo Carnotenſis, IOANNES Aurelianenſis, HVMBALDVS Autiſſiodorenſis, GVALO Pariſienſis, MANASSES Meldenſis, BALDRICVS Nouiomenſis, HVBERTVS Siluanectenſis, fecerunt recitare litteras à veſtra ſede, pro ſatisfactione & abſolutione Regis miſſas. Litteris itaque lectis & intellectis, miſerunt ad Regem IOANNEM Aurelianenſem & GVALONEM Pariſienſem Epiſcopos ſciſcitantes, ſi Rex iuxtà tenorem litterarum veſtrarum ſatisfaceret, & carnalis & illicitæ copulæ peccatum abiurare decreuiſſet. Quibus benignè reſpondens ait ſe, DEO & SANCTAE ROMANÆ ECCLESIÆ libenter velle ſatisfacere, & Apoſtolicæ ſedis præcepto, Archiepiſcoporum quoque & Epiſcoporum præſentium acquieſcere conſilio: Igitur in præſentia prædictorum Epiſcoporum, necnon & Abbatum, ADAM Pariſienſis de titulo ſancti Dionyſij, RAINALDI de titulo S. Germani Pariſienſis, VL. Pariſienſis de titulo S Maglorij, item R. Stampenſis de titulo ſanctæ Trinitatis; Archidiaconorum etiam quàm plurimorum, & honorabilium Clericorum & Laïcorum circumſtantium aduenit Rex ſatis deuotè, multúmque humiliter, nudis pedibus, peccato renuntians, & excommunicationem emendans, & ſic ex veſtra auctoritate abſolutionem ſuſcipere meruit. His ita geſtis, tactis Sacroſanctis Euangelijs, abiurauit copulam & flagitium illicitæ coniunctionis, in hæc verba: Audias tu LAMBERTE Epiſcope Atrebatenſis, qui hîc Apoſtolica vice fungeris: audiant Archiepiſcopi & præſentes Epiſcopi, quòd ego PHILIPPVS Rex Francorum peccatum & conſuetudinem carnalis & illi-

citæ copulæ, quam hactenus cum BERTRADA exercui, vlterius non exercebo: sed peccatum istud & flagitium penitus & sine omni retractatione abiuro. Cum eadem quoque fœmina mutuum colloquium & contubernium, nisi sub testimonio personarum minimè suspectarum non habebo. Hæc omnia sicut litteræ Papæ dicunt, & vos intelligitis, sine omni malo ingenio obseruabo. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sacrosancta IESV-CHRISTI Euangelia. Similiter & BERTRADA, cùm excommunicationis vinculo solueretur; tactis Sacrosanctis Euangelijs, in persona sua hoc idem iurauit sacramentum. SANCTA TRINITAS Deus noster Sanctitatem vestram pro Ecclesia Catholica laborantem & orantem diutiùs custodiat incolumem, & quia cum Sancta Romana Ecclesia in iudicio & iustitia nobiscum stetistis, retribuatur vobis in resurrectione iustorum. Actum Parisius anno Dei Christi MCV. IV. Nonas Decembres, anno Pontificatus Paschalis Papæ II. Quinto.

Explicit Epistola Lamberti Episcopi.

SVpplementum libri Sacramentorum Diui Gregorij Papæ, huius nominis primi, cognomento Magni, quem R. P. HVGO Menardus Monachus Benedictinus Congregationis sancti Mauri correctiorem & locupletiorem edidit ex missali mss. sancti Eligii Bibliothecæ Corbeiensis, notisque & obseruationibus illustrauit. Nos verò plurima adiungemus ex *antiquo codice mss.* qui sic inscribitur: In nomine Dei summi Incipit liber Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ ordinis per circulum anni. In vigilia Natalis Domini: Horç Nonæ statio ad Sanctam Mariam ad Præsepe. Deus qui nos &c. Videtur autem liber ille descriptus in Gallia ac fortè in hac ipsa Parisiensi ciuitate ob insertas aliis sanctæ Genouefæ Virginis sanctique Clodoaldi Confessoris missas & S. Dionysij Martyris nomen in Litanijs Sabbato sancto recitari solitis adscriptum: sed ante tempora Gregorij IV. Papç ac Ludouici Imperatoris, quod ex Kalendis Nouembribus apparet, in quibus nulla Festi sanctç Mariç & omnium Sanctorum, at Natalis duntaxat sancti Cçsarii habetur mentio. Ex ijs verò venerandç Antiquitatis monumentis quàm plurima ad ceremonias ritúsque Ecclesiasticos spectantia eruentur ab eruditis curiosisque priscorum

corum illorum temporum scrutatoribus.

In eodem mss. codice sub finem habetur Martyrologium per circulum anni ducto initio à Natali Domini, quod & breuitate suâ & antiquitate commendandum videtur. Quia verò hîc incidit Martyrologiorum, Calendariorum, Obituariorum, Mortologiorum, Necrologiorúmque, vt vocant, mentio, Lectorem eruditum moneo posse me hac in parte plurimùm ipsi gratificari, siue in exceptis Martyrologiorum Antiquorum, ijs præcipuè, quæ ad Sanctos Galliæ pertinent, publicandis, siue in describendis Ecclesiarum, tum Cathedralium, tum Collegiatarum, atque Abbatiarum nonnullis Necrologiis. Certè ad manum sunt.

Ambianense Ecclesiæ B. Mariæ Virginis.

S. Andreæ apud Clarummontem in Aruerniâ.

Augense Canonicorum S. Augustini Diœcesis Rotomagensis.

Corbeiensis Abbatiæ Ord. sancti Benedicti in Diœcesi Ambianensi.

S. Dionysij in agro Parisiensi Ord. S. Benedicti.

S. Genouefæ Parisiensis Ordinis S. Augustini.

S. Germani de Pratis Parisiensis Ord. S. Benedicti.

S. Gorgonij Gorziensis in Episcopatu Metensi O. B.

S. Laurentij Monialium in vrbe Bituricensi, quod à nobis ante octo annos vulgatum est.

Lemouicensis Ecclesiæ S. Stephani.

Lingonensis Ecclesiæ S. Mamantis.

S. Mariæ Virginis in Vrbe Carnotensi.

S. Mariæ in Ciuitate Parisiaca.

S. Mariæ Massiliensis Mortologium.

S. Martini ad Gemelles in vrbe Ambianensi.

S. Martini Niuernensis Ord. S. Augustini.

S. Martini, Turonensis, Maioris Monasterii, &c.

S. Michaëlis de Tumba, siue in periculo maris O. B. in inferiore Normannia.

S. Michaëlis de Vlteriore portu prope Augum in Diœcesi Rotomagensi, qua vergit ad Picardos.

S. Quintini Canonicorum in Veromanduis.

S. Stephani Autissidorensis, quod in Indice quoque Thuano occurrit.

Viennense, quantum ex Sanctis adscriptis coniici potest.

S. Vincentii Metensis O. B.

S. Vitoni Virdunensis, Ordinis ibidem Benedictini.

Neque plura de iis præmittam hoc loco. Expendendum verò

per otium, & prudentium virorum iudicio submittendum, num satius fuerit vnum ex omnibus, quæ occurrent, conflare Calendarium Historico-Francicum, an singula seorsim exhibere, quamuis tædium Lectoribus nonnumquam creare possint, tum crebra similium rerum iteratio, tum multorum inutilium admixtio.

Vetus liber Pœnitentialis. *Ex codice cœnobij S. Laudi Rotomagensis Canonicorum Regularium sancti Augustini.*

Nouum Formularium Pœnitentiarum correctum de mandato Benedicti Papæ XII. *Ex codice Regio 1092.*

De Pace Ecclesiæ Morinensis. *Ex codice Ebroicensi.*

De Missarum solemnium diuersitate. *Ex mss. Pontificali Ecclesiæ Trecensis.*

De numero Psalmorum & Lectionum in officio Ecclesiastico. *Ex codice Floriacensi.*

Preces nondum editæ. *Ex codice Thuano 36.*

Adelelmi Præfationes & Benedictiones FRANCONIS. *Ex codice Thuano 63.* Extant etiam variæ Benedictiones in *codicibus 334. & 335. sancti Germani à Pratis.*

Variæ Benedictiones aquæ feruentis, ferri calidi, &c. ad capsellas & fustes peregrinorum, &c.

Missa de energumenis, ad sponsas, aduersus malos Iudices, &c.

Ceremoniale S. R. E. auctore Augustino Patricio Picolomineo Ep. Brentino. *Ex 6. Fasciculo Bibl. Regiæ.*

Formulæ variarum subscriptionum & superscriptionum, & quamplurimarum literarum ad Episcopale munus spectantium, Priuilegiorum, &c. *Ex antiquissimis membranis quæ penes nos sunt in pluribus locis mutilæ.*

Libri per annum ad Matutinum & ad Prandium legendi in monasterio sancti Dionysij prope Parisios. Item in Festis & ad Collationem per annum. *Ex libro Officiorum seu Consuetudinum S. Dionysij.*

Formula celebrandi Iubilæum Religiosæ vitæ annum. *Ex libro mss. Monasterij S. Genouefæ O. A. Parisiensis.*

Ciborum benedictio iuxtà Regulam Magistri. *Ex veteri codice S. Mariæ Remensis, cui titulus:* Liber Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ ordine per annum.

Formula electionis Abbatum Cassinensium. *Ex codice sancti Martini de Campis.*

Formula vestitus Religiosi Monacho imponendi & Ritus professionis edendæ in ordine Fontis-Ebraldi cum Litteris ad peten-

dam confirmationem Priorissæ eiusdem ordinis. *Ex codice mss. Monasterii de Variuilla.*

Decretum B. GREGORII Papæ de libertate Monachorum. *Ex varijs codicibus Lirinensi, Andegauensi, Flauiniacensi, &c.*

S. MACARII Abbatis qui habuit sub ordinatione sua quinque millia Monachorum, breuis regula. *Ex apographo mss.*

S. CÆSARII Arelatensis Archiepiscopi Regula Monialium ad Cæsariam sororem quæ in *codicibus Fiscanensi & Thuano* 193. extat: conferemus cum edita Tomo v. Bibliothecæ Parisiensis SS. Patrum.

S. TERIDII Regula Monachorum. *Ex codice Thuano 763.* Eam arbitror quæ Tomo xv. postremæ Bibliothecæ SS. Patrum dicitur scripta à Tetradio Presbytero, Cæsarii Arelatensis nepote, dictante ipso S. Cæsario.

Addemus & aliam Monachorum S. Cæsarii Ep. Arelatensis Regulam capitulis 32. comprehensam. *Ex mss. exemplari.*

S. COLVMBANI Abbatis Regula capitibus decem constans. *Ex codice Beccensi collato cum editionibus Thomæ Messinghami Hiberni & Melchioris Goldasti Haiminsfeldij ex codd. mss. Bobiensi & S. Galli. Est quoque præ manibus eiusdem apographũ ex duobus antiquis codicibus.*

S. SALVI Abbatis Alueldensis Regularis libellus virginibus inclusis cap. 78. cum præfatione ad sororem. *Ex codice mss.*

Regula venerabilis viri Stephani Muretensis Eremitæ, primi Patris Ordinis Grandimontensis. *Ex codice mss.*

Bulla S. D. N. Papæ Ioannis XII. de creatione Abbatis & Priorum ordinis Grandimontensis, cum denominatione Prioratuum Conuentualium & domorum & cellarum dicti ordinis cum numero certo dictorum Fratrum, &c. *Ex mss. exemplari.*

Ordinationes à plurimis Abbatibus & Prioribus Claustralibus Lemouicis factæ anno 1367. *Ex chartula seorsim excusa.*

Regula Canonicorum CHRODGANGI Metensis Episcopi. *Ex codice antiquissimo Fiscanensi, qui modò extat Rothomagi in Bibliotheca clarissimorum Fratrum Bigotiorum.*

GRIMLAICI ad Grimlaicum de vita & moribus Solitariorum. *Ex codice mss. collato cum Thuano 671.*

MARTONANI liber ad Monachos. *Ex veteribus membranis.*

Synodus HYBERNICA de lapsu Sacerdotis. *Ex codice Floriacensi.*

Synodus sancti Patricij. *Ex codice Andegauensi.*

Subiicientur iis Nouem Opuscula Sacra ex Græcis codicibus mss. Bibliothecæ Bauaricæ & Augustanæ in Latinam linguam conuersa iam olim à R. P. Iacobo Pontano Societatis IESV, sed

nondum, quod sciam, typis commissa.

I. MANVELIS Calecæ de Principiis Fidei Christianæ secundùm Doctrinam sacræ Scripturæ Magistrorumque Ecclesiæ Catholicæ libri duo.

II. GEORGII Trapezuntii Secretarij Apostolici Epistola ad Cretenses de Processione Spiritus sancti, & de vna Ecclesia Catholica.

III. GENNADII Patriarchæ Constantinopolitani in diem Annunciationis Beatæ Virginis Panegyricus.

IV. Ex Iosephi Cretensis Horto Compendium.

V. Lilia Conuallium.

VI. Quæstiones aliquot sacræ de Deo, de personis Diuinis, Symbolo Nicæno, &c.

VII. Ex SS. Patribus loci quidam insignes de diuersis argumentis.

VII. Passio Domini nostri IESV-CHRISTI & piæ eiusdem Inuocationes ex Euchologio.

IX. Mantissa de Æternitate animorum.



NOVÆ



NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV

TERTIA PARS.

Epistolica & Diplomatica.



EXHIBEBIMVS, Deo dante, in hac Tertia parte complures hactenus ineditas Epistolas, & ex variarum Ecclesiarum ac Familiarum archiuis selecta Diplomata quàmplurima in decem sectiones hoc ordine distincta.

I. ROMANORVM Pontificum Bullas ac decretales, aut numquam publicatas, aut alienis locis insertas, aut corruptas ac mutilas cõplectetur hæc Sectio prima, non Alphabetico Pontificum digestas ordine (qui mihi omnium visus est maximè ad rem nostram & Lectorum subsidium opportunus) sed seruato temporum ac sæculorum ordine, vt cum editis seorsim Paparum Decretalibus

ac Bullarijs, & cum Tomis Conciliorum editionis Regiæ, possint faciliùs comparari,

II. LEGATORVM S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum diplomata atque Epistolas repræsentabit, seruata, vt in cæteris fermè omnibus, Elementaria methodo.

III. ABBATVM, Priorum, aliorúmque Regularium Epistolas ac Diplomata complectetur.

IV. PRESBYTERORVM, Diaconorum, Subdiaconorum, cæterorúmque Clericorum, seu Ecclesiasticorum Epistolas ac Diplomata exhibebit.

V. IMPERATORVM, tam Orientis, quàm Occidentis Epistolis ac Diplomatibus deputata est.

VI. REGVM Franciæ Christianissimorum à Clodoueo Magno vsque ad LVDOVICVM XIII. Epistolas & Diplomata continebit, seruato temporum ac stirpium ordine.

In VII. Reliquorum Regum Hispaniæ, Angliæ, Lusitaniæ, Daniæ, Hungariæ &c. coniiciemus Epistolas ac Diplomata.

In VIII. Ducum, Marchionum, Comitum, aliorúmque Principum ac Nobilium virorũ Epistolæ ac diplomata recensebuntur.

IX. Iudicum, Magistratuum, Professorum, studiorúmque Doctorum virorum, aliorúmque duntaxat Laicorum, Epistolas ac diplomata repræsentabit.

X. Fœminarum denique, tam Principum, videlicet Augustarum, Reginarum, Ducissarum, vt vocant, Comitissarum, &c. quàm cæterarum, quæ eruditis lectoribus placere ac prodesse poterunt, Epistolas ac Diplomata complectetur.

Atque vt hic sileam, quæ I. de Ruricij Lemouicensis Episcopi plurimorúmque aliorum Galliæ Episcoporum veterum epistolis ab Henrico Canisio Tomo V. Antiquæ Lectionis mendosissimè editis dicere possem.

II. De FVLBERTI Carnotensis Antistitis epistolis in Bibliothecis SS. Patrum Coloniensi & Parisiensibus corruptissimis.

III. De HILDEBERTI, primùm Cenomanensis Episcopi, tum Turonensis Archiepiscopi, epistolis maxima sui parte truncatis, & copiosa accessione locupletandis.

IV. De HVGONIS Metelli Canonici Ordinis sancti Augustini, qui sancti Bernardi Claræuallensis ætate florebat, Epistolis LV. *Ex apographo nostro collato cum veteribus membranis R. P. Hieronymi Vignerij publicandis vna cum Iuonis Carnotensis Episcopi quibusdam nondum editis: in 24. codice Naudæano* reperies, quæ sequuntur.

1. Registrum D. Alexandri Papæ IV. Pontificatus eius anno VII. continens vnam supra quadraginta Epistolas, quarum nonnullæ libri instar esse possunt.

2. Bullæ & aliæ litteræ Clementis V. Pont.ficis Maximi Pontificatus anno primo, &c.

3. Bullæ & litteræ Bonifacij VIII. Papæ anno eiusdem Pontificatus septimo ad Nicolaum Ostiensem & Veletrensem Episcopum Apostolicæ sedis Legatum ad partes Vngariæ, &c.

4. Instrumentum Conuentionum factarum inter Carolum secundum Regem Ierusalem & Siciliæ anno 1307. die 6. Nouembris & magnificos viros Opizinum Spinulam de Lutulo & Barnabo de Auria Capitaneos Communis & populi Ianuæ, &c.

5. Procuratorium & instrumentum fidelitatis & obedientiæ præstitæ per nuncios & Procuratores Henrici Imperatoris & Romanorum Regis nomine ipsius sanctissimo Patri D. Clementi Papæ V. anno Domini 1309. die 26. Iulij, &c.

6. Recensio & Inuentarium diplomatum à varijs Principibus & Communitatibus concessorum Romanæ Ecclesiæ vsque ad annum 1333. qui fuit 18. Ioannis Papæ XXII. die 21. Nouembris.

7. Fragmentum breue Constitutionum Clementis Quinti in Concilio Viennensi, &c.

8. Fragmentum Registri literarum Honorii Pontificis Maximi, &c

In codice 25. inter cætera, 1. Propositiones Ludouici Romanorum Regis contra Ioannem XXII.

2. Attestationes testium de finibus agri Beneuétani à Gratia procuratore Regis Siciliæ productorum coram L. . Episcopo Anagnino & Guillelmo de Spectinis Decano Antiocheno quibus Gregorius X. mandatum ad hoc sufficiens dederat anno R. salutis 1272.

3. Contractus Conuentionum initarum inter D. Angelicum Cardinalem & Episcopum Albanensem terrarum & Prouinciarum S. R. E. in Italia citra Regnum Siciliæ consistentium Vicarium Generalem & deputatos ciuitatis Aretii tempore Gregorii Papæ XI. & Dominorum Cardinalium Albanensis & Bituricensis terrarum Ecclesiæ in Italia Generalium Vicariorum anno 1371.

4. Tituli cum summariis variorum instrumentorum & diplomatum, quæ seruantur in Tabulario seu Archiuis Ecclesiæ Romanæ.

5. Registrum in quo plurima Lotharii Franciæ, & aliorum Regum decreta continentur. Item Constitutiones Palatii Romani

ſub Ioanne & Benedicto ſummis Pontificibus, &c. de quibus plura ſuo, ſi Deus annuerit, tempore commemorabuntur.

Interim placet ex *codice mſſ. Decretalium inſignis Eccleſiæ Patriarchalis S. Stephani Bituricenſis* ſyllabum texere Epiſtolarum aliquot Pontificum Romanorum, quas integras vulgabimus.

Alexandri IV. Papæ. Cùm per illam clauſulam generalem, Quidam alij, quæ frequenter &c. Laterani 7. Kal. Maii. anno 2.

Ne delegati ſeu nuntii, quos plurimùm Apoſtolica ſedes mittit &c. Laterani 3. Kal. Maii, anno 2.

Licet ad compeſcendas futuræ ſucceſſionis expectationes, &c. Neapoli 3. Nonas Martii anno primo. *De præbendis.*

Diſcrimen præteriti temporis, &c. Neapoli Nonis Apr. an. 1.

Execrabilis quorumdam ambitio quæ ſemper plus, &c. Neapoli Nonis Aprilis anno 1.

Nuper ſuper reuocatione receptionis Canonicorum, &c. Menſe Auguſti anno 1.

Contingit pro quibuſdam interdum ſub hac forma, &c. xv. Kal. Septembris anno 1.

Quia de Conſeruatoribus, quos plerumque Apoſtolica ſedes, &c. Laterani x. Kal Aprilis. anno 2. *De Priuilegijs.*

Quia nonnulli temporale habentes Dominium, &c. Laterani v. Kal. Aprilis anno 2. *De immunitate rerum Eccleſiaſticarum.*

Licet regularis Ordinis profeſſores præſertim quos, &c. Laterani tertio Kal. Aprilis anno 2. *De Priuilegijs.*

Quoniam nonnulli Abbates, quos Apoſtolica ſedes &c. Laterani nono Kal. Aprilis anno 2.

Quia nonnullis perſonis tam Eccleſiaſticis quàm, &c. Laterani nono XIII. Kal. Aprilis anno 2.

Quia perſonæ religioſæ tam expreſſæ quàm aliæ, &c.

Quia quæ pro qualitate temporis hominum, &c. xv. Kal. Septembris anno 1. *De priuilegiis.*

Quia intelleximus quòd nonnulli quæſtores in Regno Franciæ, &c. Laterani 7. Kal. Aprilis anno 2. *De Pœnitentiis & Remiſſionibus.*

Quia olim plurimi in Cathredalium Eccleſiarum electos, &c. *De præbendis & dignitatibus.*

Cæca cordis cupiditas & ambitioſus mentis affectus, &c. *De præbendis.*

Dilecti filij Procuratores & conuentus Elyenſis, &c. *De Electione.*

Cum

Cum ad Romanam, &c. quæ disponente Domino super, &c. *De Electione.*

Etsi animarum affectantes profectus vniuersos, &c. *De excessibus Prælatorum.*

Dudum dilectis Filijs Ægidio Priore & Conuentu Monasterij S. Andreæ de Castello Ordinis sancti Benedicti Cameracensis diœcesis, &c. *De officio Ordinarij.*

Retulisti coràm nobis & Fratribus nostris, quòd, &c. *De iuramento.*

Vt probatio super appellatione & eius causa facilior, &c. *De appellationibus.*

In Officialem quoque Suffraganeorum respondere, &c. *De officio ordinarij.*

Explicit textus Constitutionum Alexandri. PP. IV.

CLEMENTIS PAPÆ QVARTI.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, &c. Viterbij XII. Kal. Septembris, Pontificatus anno 2. *De præbendis.*

Exigit nostri officij debitum, vt inter subditos, &c. Viterbij XIX. Kal. Sept. anno 2.

Licet Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, &c. Perusij VI. Kal. Septembris anno I. *De præbendis.*

Sedis Apostolicæ circumscripta benignitas, &c. Viterbij Idibus Ianuariis anno 2.

Sæpe accidisse percipimus, quòd, &c. Viterbij VII. Kal Iunij anno 2.

Expliciunt Constitutiones Clementis PP. IV. At longè plures eiusdem Summi Pontificis extant Epistolæ in codice mss. V.C. Ægidij Menagij, & aliorum apographis.

NICOLAI PAPÆ III.

Coniurationum & conspirationum horrenda præsumptio, &c. Romæ apud S. Petrum Nonis Februarij anno 2.

BENEDICTI PAPÆ XII.

Paulus Apostolus egregius prædicator se & eos, &c. Auenione XV. Kal. Ianuarias anno tertio.

VRBANI PAPÆ.

Significauerunt nobis dilecti filij Abbas & conuentus, &c. Datum Viterbij.

Ioannes Frapanc, Petrum & Philippum filios habens, &c. Datum Viterbij.

In libro eiusdem Ecclesiæ Patriarchalis S. Stephani Bituricensis, habetur duplex Bulla Eugenij de Translatione Concilij Basiliensis

Ferrariam xv. kal. Martij MCCCCXXXVII. anno septimo & tertio Kal. Ianuarij, anno octauo, tum

Articuli super petitionibus D. N. Papæ pro Pace & Vnione Ecclesiæ.

I. Quia Græci Deo fauente venerunt & applicuerunt ad ciuitatem Ferrariæ, locúmque ipsum acceptarunt, vbi iam fundatum ac stabilitum est Oecumenicum Concilium celebrandum pro Sancto opere vnionis, secundùm dispositionem Basileensis Concilij, provt ex forma decreti super eadem fundatione solemniter editi euidenter apparet, vbi S. D. Papa paratus est cum Collegio RR. DD. Cardinalium, & cum multitudine Prælatorum, Doctorum ac Magistrorum; velit Maiestas Regia pro fauore eiusdem sancti operis mittere solemnem ambaxiatam pro statu Fidei & honore Ecclesiæ Catholicæ ad ipsum Sacrum Oecumenicum Concilium celebrandum pariter, & honorandum, prout Christianissimum Principem in tam pio opere facere conuenit.

II. Item velit sua Regia Maiestas pro honore Fidei & fauore huius sancti operis dare liberam licentiam omnibus subditis Maiestatis suæ volentibus & debentibus venire de iure vel approbata consuetudine ad Concilia generalia, vt liberè ad ipsum Oecumenicum Concilium accedant, & ad hoc etiam sua Maiestas ipsos inducat medijs & fauoribus consuetis: alios quoque fauores ac opportuna præsidia velit concedere pro tam sancto opere conficiendo prout videbitur esse necessarium.

III. Item vt volentibus & procurantibus scandalum ponere in Ecclesia Dei & perturbare aut impedire hoc sanctum opus vnionis resistatur, petit S. D. N. Papa, quatenus peruersum & scandalosum monitorium, & peruersam ac scandalosam suspensionem cum inde secutis, facta per eos qui in Basilea remanserunt aduersus Sanctitatem suam, nec acceptentur per Maiestatem suam, nec permittat in regno suo aliquatenus acceptari.

IV. Item ad tollendum monstrum, quod stantibus his in nostra Ecclesia Catholica esse videtur, videlicet quod duo Generalia Concilia insimul reputantur, petit præfatus D. N. Papa, quòd sua Maiestas Regia reuocare debeat Ambaxiatores suos de dicto loco Basileæ, ac cæteros subditos regni sui, inducendo eosdem, quatenus vel ad dictum Oecumenicum Concilium accedant, vt tenentur, vel ad propria loca reuertantur. Quòd si corde inclinato non fecerint, pœnas aduersus eosdem fulminatas fa-

ciat Maiestas sua fauorabiliter obseruari & exequi cum effectu.

Additur: Scriptum Biturigis die v Iunij, Concilio Gallicano cum Rege Franciæ incipiente ibidem in vestibulo Capellæ sacri Palatij die quarta Iunii anno MCCCCXXXVIII.

Cætera, quæ hoc & sequenti anno MCCCCXL. in eadem Bituricensi ciuitate peracta sunt, non est huius loci diffusiùs enarrare: nonnulla ex Historia mss. Concilii Basileensis, quæ extat in Bibliothecæ Regiæ fasciculo 17. auctore Augustino Patricio Canonico, Senensi vulgauimus pag. 708. & seqq. Tomi II. nostrorum Miscellaneorum, quæ Lector consulere poterit, donec integrum illud opus publici iuris faciamus. Hæc enim eo duntaxat fine nostro Specimini inseruimus, vt frequenti Auctorum librorúmque enumeratione defessum Lectoris animum tantisper reficeremus.

Interualla via fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus millia crebra lapis.





NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV

QVARTA PARS. *Technica seu Philologica.*

SECTIO PRIMA.
Quæ ad Grammaticam artem spectant.



PETRI Diaconi ad Conradum de Notis, & earum interpretatione. *Ex mss exemplari.*

Liber notarum Senici. *Ex codice Puteano.*

EVTICIS seu Eutychis de Verbo cum glossis. *Ex codice eiusdem Bibliothecæ.*

Flores dictionum sub nomine Donati. *Ex codice Regio 762.*

De Orthographiâ nonnulla inedita. *Ex codicibus Puteanis.*

* Dictionarium Plautinum, Fabularius Conradi, & doctrina Ioannis Faceti. *Ex codd. Thuanis 418. 470. 591.*

SMARAGDI Abbatis de Etymologia Verbi, & in Donatum, aliáque adGrammaticam spectantia. *Ex codicibus Thuano 745. Regio 1005.*

Pratensibus

Pratensibus 524. 525. *aliisque.*

Ioannis Scoti Expositio in Martianum Capellam. *Ex mss. codice.*

Prisciani Epitome per Gozbertum. *Ex codicibus Puteano & Thuano* 745. Item per Trapezuntium *Ex Regio* 1972.

Papias Abbreuiatus, scriptus à Martino de Arenis anno 1307. *Ex codice Puteano.*

Britonis summa siue Dictionarium. *Ex codice Puteano.*

Grammatica nonnulla dicuntur *esse in codice* 540. *S. Germani Pratensis.*

Glossarium Latino-Francicum optimæ notæ. *Ex mss. Exemplari.*

Glossæ hactenus non editæ, *ex varijs codicibus, Regiæ* 772. 1015. *alijsque, Thuanæ, Petauianæ, S. Victoris, sancti Germani, Claromontanæ, similiúmque Parisiensium Bibliothecarum.*

Glossæ in fine Epistolarum S. Pauli, cum aliæ ex Nouo Veteríque Testamento. *Ex mss. Thuano* 173. *aliisque, præsertim Regiis.*

Glossæ de ordine Romano & de quatuor orationibus, &c. *Ex Thuano* 344.

Glossæ in Statij Achilleidem. *Ex codice* 591. *Bibliothecæ Thuanæ.*

SECTIO SECVNDA.

Quæ ad artes Rhetoricam & Poëticam.

Ivlii Seueriani præcepta artis Rhetoricæ summatim collecta, & de multis syntomata, cum eiusdem tractatu de Locis Dialecticis. *Ex mss. codice collato cum Thuano* 163. *& Regio* 1446. *atque editione Parisiensi Francisci Pithœi I. C. anni* 1599.

Quæstio in Auctorem Rhetoricorum ad Herennium Tristani Chalci Mediolanensis. *Ex codice Regio* 1298.

Anselmi Peripatetici Rhetorimachia. *Ex codice Thuano* 589.

Petri Rauennatis & Antonii Ancorati de Monte Granario Tractatus de Arte Memoriæ. *Ex codice Regio* 1668.

Thomae de Capua Diaconi Cardinalis summa Dictaminum, siue Epistolæ. *Ex codice Regio* 1278.

Gvidonis Fabe Dictamina, Laurentii de Aquileia Practica Dictaminis, & Anonymi nescio cuius de Dictamine. *Ex codd. mss.*

Apologi & Fabulæ pulcherrimæ, cum libro, qui inscribitur Contemptus sublimitatis. *Ex codice* 988. II. *Partis Bibliothecæ Regiæ.*

Declamationes scholasticæ. *Ex codice Thuano* 789.

Valerii Maximi dissuasiones ad Ruffinum, ne ducat vxorem. *Ex mss. Regio* 239.

Janotii Manetti Florentini quinque orationes. *Ex codice Naudæano.*

Malli Theodori liber de Metris. *Ex mss. exemplari.*

De generibus versuum, cum epistola, vt fertur, Hieronymi, de pedibus. *Ex codice mss.*

Marii Victorini de Metris Horatianis. *Ex codice Regio* 1117. in quo eiusdem de arte Grammatica libri quatuor.

Rvfini Grammatici Antiochensis de Metris Terentianis. *Ex codice Regio* 1340.

In Catonis Præcepta Moralia commentarius duas in partes tributus: Prima, auctore Philippo de Pergamo Monasterij S. Mariæ de Vantio ordinis sancti Benedicti in sententias prosa duntaxat oratione expositas: Altera in Disticha metra, auctorem habet Robertum de Euromodio Monachum Claræuallis, nec quidquam commune habet cum eiusdem in eundem scriptorem breuibus scholiis excusis Basileæ anno 1486. in 4. *Ex codice mss. V. C. Gabrielis Naudæi.*

Berardi Moretti, qui Rhetoricam Bononiæ docebat sub annum 1459. expositio in Poëma Ouidii aduersus Ibin. *Ex mss. eiusdem Bibliothecæ Naudæanæ.*

SECTIO TERTIA.

Quæ ad Dialecticam & Philosophiam.

Themistii de locis Dialecticis. *Ex codice* 449. *mss. Bibliothecæ sancti Germani de Pratis.*

Gvillelmi de Conchis Philosophia. *Ex codice Thuano* 463. Eiusdemque Pragmaticum Philosophiæ *in* 669.

Herennii Philosophi in libros Physicorum incerto interprete. *Ex codice Thuanæ Bibliothecæ* 257. in sequenti verò continetur eiusdem Auctoris Græca expositio in Aristotelis Metaphysicam.

Adelardi Angli quæstiones Physicæ. *Ex codice Thuano* 530.

Tractatus Arabum de varijs partibus Philosophiæ. *Ex codice Thuano* 165.

Incerti de Elementis. *Ex codice Regio* 1570.

Alberti Teutonici de passionibus aëris, siue impressionibus. *Ex codice Regio* 1901. Verum magna mihi suspicio est, eumdem hunc esse cum Alberto Magno, cuius opera Lugdunensibus prælis emissa, iam per Gallias, totámque adeò Europam circumferri incipiunt.

Hieremiæ de Montagnano Moralium Compendium.. *Ex mss Basil. S. P.*

Lionardi Aretini Isagogicon Moralis Disciplinæ. *Ex cod.* 2156. *Regiæ Bibliothecæ*, in quo varij continentur eiusdem tractatus de militiâ, contra Hypocritas, laudatio Ioannis Strozzæ, in Nebulonem Maledicum, de origine vrbis Mantuæ, Dialogorum libri duo, de studiis & litteris, pro se ipso, Vitæ Aristotelis & Ciceronis &c. *In* 923. eiusdem Epistolæ. *In* 1540. de studiis literarum. *in* 2030. Cicero nouus. *In* 840. Historia Populi Florentini, quam, nisi fallor, exhibet *codex* 1769. Græcè redditam hoc titulo: De Republicâ Florentinorum.

Raymvndi Lulli Practica Arboris Philosophalis, cum opusculis Italo-Latinis Magistri Christophori Parisiensis. *Ex codice mss.* In volumine tertio Theatri Chemici excusi Argentorati Triboccorum apud Lazarum Zetznerum 1613. in 8. extat Practica lapidis pag. 127. & Praxis vniuersalis Magni operis. Verum hæc ad sectionem sextam commodiùs fortè referenda fuerant, in quam coniecimus, quæ ad Medicinam & Alchemiam propiùs spectant.

SECTIO QVARTA.

Quæ ad Mathematicas Disciplinas, præcipuè Astrologiam pertinent.

Evclidis Megarensis libri xv. Elementorum ex Arabico in Latinum sermonem versi per Adelardum Gothum Bathoniensem, cum commentariis Campani Nauarriensis. *In codice* 619. *Bibliothecæ Christianissimi Francorum ac Nauarræorum Regis.*

Algorismus M. Ioannis Hispalensis. *Ex codice* 1089. *Regiæ eiusdem Gazæ.*

Pediasimi de mensura terræ. *Ex codice Thuano* 334. *& aliis.*

Variorum Agrimensorum fragmenta. *Ex codice Regio* 616.

Galeoti Marcii Narniensis de vulgò incognitis, ad Matthiam Hungariæ & Bohemiæ Regem. *Ex codice Regio* 1857. Editi sunt eius libri duo de Homine & Doctrina promiscuâ variâ multiplicique erudirione referti, Basileæ & Florentiæ.

Cyclus Dionysij de Quadrante *Ex codice Thuano* 605. vbi & nonnulla alia.

Astrologica multa continentur *in codicibus* 1845. 1905. *aliisque Regiæ Bibliothecæ*, quæ sigillatim aliàs explicabuntur.

Excerptum ex Arato de ſignis Cæleſtibus, incerto Auctore. *Ex codice mſſ.*

Tractatus de Sphæra, Theoria Planetarum, Practica Aſtrolabij, de æquatione Planetarum &c. *Ex codice Regio 583.*

Georgii Zothori Fendoli liber de Aſtrologia e Perſico in Latinum tranſlatus: *Ex codd. RR. 730 & 1234.*

Henrici, ſiue Herici, Autiſſiodorenſis Tractatus de Aſtrologiâ. *Ex codice 546. Abbatiæ ſancti Germani de Pratis ad muros Pariſienſes.*

Theoria Planetarum & Aſtrolabium Meſſe hallar Arabis. *Ex codice Thuano 605.*

Gvidonis Donati & Ioannis Hiſpalenſis Aſtronomica, cum Reinardi recollectionibus, & plura alia *in codd. Regijs 1152 & 1153.*

Alcabitii Introductio Aſtrologica, cum ſcholijs Ludouici de Angulo Hiſpani, qui ex Catalanico in Latinum ſermonem reddidit librum Abrahæ Abenezræ de Natiuitatibus. *Ex codice Regio 1805.* in quo Iſagoge Ioannis Hiſpalenſis de Iudiciis Aſtrorum.

Arnoldi à Palude Aſtrologia cum Arnaldi Villanouani Introductorio Aſtronomico. *Ex codice Regio 1925.*

Petri de Aliaco Cardinalis & Epiſcopi Cameracenſis Apologia Aſtronomiæ ad Ioannem Gerſonem. *Ex codice Thuano 447.*

Henrici Selderi Tabulæ Aſtronomicæ anni 1340. *Ex codice Regio 1090.*

De Horologiis Sciothericis incerti. *In codice Thuano 518.*

Hilprici liber de Anni ratione. *Ex codd. Thuanis 91. 374. & 392.*

Computus Roberti Epiſcopi Lincolnienſis. *Ex codice Regio 1200.*

Incerti computus, cum Ioannis de Sacroboſco opuſculo eiuſdem argumenti *in codd. Thuanis 107. 308. 605. & Regio 779.* Conſulendi quoque *Regij 1005.* & 1116. iis, qui ſtudio tenentur Eccleſiaſtici computi.

Calendarium Eccleſiaſticum. *Ex codice Thuano 66.*

SECTIO QVINTA.

Quæ ad Coſmographiam & Geographiam.

IVLII Oratoris Coſmographia: *Ex apographo antiquiſsimi codicis Palatini Bibliothecæ Vaticanæ*, exarato, ni fallor, manu V. C. Lucæ Holſtenij. Reperiuntur *in codice Thuano 556.* excerpta Iulij Oratoris de Prouincijs, necnon libellus de proprietatibus Prouinciarum,

Prouinciarum, & de Hierosolyma relatio cuiusdam simplici sermone.

ÆTICI Philosophi quædam capita Cosmographiæ. *Ex codice mss.*

PETRI Alliacensis de Mappa Mundi. *Ex codice Thuano* 447.

Imago Mundi, seu breuis Cosmographia. *Ex codice mss.*

Descriptio Regionum totius Orbis. *Ex codice Regio* 1431.

PETRI Petrasanctæ Mediolanensis Geographia ad Franciscum I. Gallorum Regem Christianissimum. *Ex codd. Regiis* 1139. & 2062.

NONII Marcelli Portus, & loca maritima. *Ex codice Thuano* 213.

Liber Insularum Archipelagi ad Iordanum S. R. E. Cardinalem scriptus anno 1422. auctore Christophoro de Bontelmontibus. *Ex codicibus Regio* 1214. & *Thuano* 42.

Liber de Ierusalem & locis sanctis, præcipuisque vrbibus ac Prouincijs. *Ex codice Beslyano*, in quo Chronicon Malleacense, & Petri Tudebodi Historia Hierosolymitana edita ad calcem Tomi II. Historicorum Franciæ A. Duchesnii.

F. ODERICI de Foro-Iulij, ordinis Minorum, Itinerarium ad partes Infidelium anno 1330. *Ex codice mss.*

Itinerarium Terræ sanctæ anno 1394. per Nicolaum de Marthono. *Ex codice Regio* 371.

VVILLEBRANDI Itinerarium terræ sanctæ *In codice Thuano* 773. In veteribus membranis, quæ penes me sunt, inscribitur, Itinerarium VVillebaudi de Aldenborc Canonici Hildesimensis, in quo agitur de situ terræ sanctæ. Longissimè differt à Canisiano Hodœporico S. VVillibaldi seu Billibaldi primi Episcopi Eistetensis, de quo suo loco.

Itinerarium Domini Simonis Bituricensis Archiepiscopi per Burdegalensem Prouinciam, & ei subiectas Diœceses, cùm eas iure Primatiæ suæ visitauit anno 1284. *Ex veteri codice membranaceo, qui penes me est.*

SECTIO SEXTA.

Quæ ad Medicam artem spectant.

CASSII Felicis Medicina de Græco in Latinum translata Ardabure & Asclepio seu Callepio Consulibus, hoc est anno Æræ Christianæ 447. *Ex codice Regio* 1125 Meminit quidem Cassij Iatrosophistæ Naturalium & medicinalium 84. & de Animalibus

Ioh. Antonides Vander-Linden libro primo de scriptis Medicis. Verum huius Antiquæ de Græco Interpretationis nec tenuis fama ad eum peruenit.

ARNALDI de Villanouâ Tractatus de Vrinis. *Ex codice Thuano* 435. in quo & Iordani Rufi Calabri Militis liber de Curâ equorum. Non extat hic libellus in editione Lugdunensi 1520. & Basileensi 1585. in folio omnium operum Arnoldi, neque vlla eius vel leuis mentio in recitato Indice de scriptis Medicis Ioannis Antonidæ Vander-Lynden.

CONSTANTINI Monachi Cassinensis Medicina. *Ex codice 439. Bibliothecæ sancti Germani de Pratis.*

PETRI Hispani Regimen sanitatis. *In codice Regio* 1925. quod opus, ni fallor idem est cum Thesauro pauperum, quem calamo etiam exaratum, non tantùm formis cusum, videre licuit. *In* 128. *eiusdem Gazæ verè Regiæ.*

PETRI Padubanensis Conciliator discordiarum Medicinalium, qui idem omnino est cum Petro de Apono Patauino, cuius extat Conciliator differentiarum Philosophorum & præcipuè Medicorum.

BERNARDI Alberti de Variis morbis. *Ex codice mss.* Hic ne de nomine quidem notus eidem Antonidæ Vander-Lyndensi.

Quæstio Menghi Blanchelli de aquâ Porretæ. *Ex mixto fasciculo Bibliothecæ Regiæ* in quo M. Pauli Bagellardi opusculum de ægritudinibus Infantium seu morbis puerorum, quod Venetiis 1487. & Lugduni 1538. editum fuit. Menghi alia opera enumerat citatus Vander-Lynden.

FRANCISCI de Senis Mediolanensis Tractatus de Balneis & de Venenis. *Ex codice Regio* 2164.

Io. Antonides Vander-Lynden meminit duntaxat consilii de Balneo Petrioli ad Reu. Dominum Episcopum Papiensem.

IOANNIS Martini ex Ferrariis Militis & Medici de Venenis euitandis. *Ex codice Regio* 1637.

ALBVCASIS Chirurgus ex Arabico per Gerardum Cremonensem. *Ex codice* 1457. *Bibliothecæ Regiæ.* Huius Interpretis nulla in Indicibus mentio, cum Albucasæ Arabis Methodus Methodi libris tribus comprehensa ex editione Basileensi 1541. nota sit.

MANFREDI de Monte Imperiali liber de simplicibus cum figuris herbarum. *Ex codice Regio* 334. in quo & synonyma M. Simonis de Ianuâ abbreuiata per Magistrum Mundinum & alia quædam. Atque hinc quoque ditior fieri poterit atque auctior tertia Indicis Vander-Lyndensis editio, vt Græcos Auctores silentio pre-

mam, eósque non exiguo numero, de quibus suo loco.

MAVRI de Vrinis & Haly phlebotomia *in cod. Regio 1068.*

Antidotarium vetus. *Ex codice Regio 1170.*

De Mineralibus libri duo *in codice Regio 491.*

Opusculum de Piscibus & de Virtutibus Gemmarum & Mineralium. *Ex codicibus Bibliothecæ Thuanæ 559. & 605.*

Medicinæ secreta & experimenta varia de plantis, de febribus, de Chiromantia, &c. *In codice Regio 587.*

Lexica seu Glossaria Medica. *Ex varijs codicibus Regijs, præsertim 145.* & 190. vbi de phlebotomia ex libro Syriaco, remedia, aliáque plura, quæ non licuit in prima hac editione distinctiùs enucleare.

Supplementum nostrum longè plures exhibebit Auctores Medicos Latinos Græcósque ex Catalogo librorum mss. Bibliothecæ V. C. Renati Moræi Doctoris Medici Parisiensis, quem cum hæc essent sub prælo, nacti sumus.

SECTIO SEPTIMA.

Quæ ad Ius Canonicum & Ciuile.

M. IOANNIS Nouiomensis in Decretum Annotationes. *Ex codice mss.*

IOANNIS Hispani lectura super Decretalibus. *Ex codice Thuano 162.*

Compilatio Decretorum per Laborantem Cardinalem sanctæ Mariæ trans Tyberim ad Petrum Præsulem Pampilonæ, perfecta iuxta annotationem anno Christi 1182 vltima die Aprilis. *Ex mss. Basil. S. P.* in quo eiusdem Laborantis opus ad Maionem Magnum Siciliæ Admiratum de iusti & iustitiæ rationibus, &c. eiusdem ad Hugonem Panormitanum Episcopum Epistola de vera libertate & de alijs; nec non epistola Viuianij Cardinalis ad Laborantem de Appellatione, & summa de Titulis Decretalium, edita ab Archiepiscopo Ebredunensi.

Viderat R. P. Iacobus Sirmondus in codice S. Mariæ Virdunensis Collectionem Canonum diuisam in partes duodecim, quarum singulæ post Canonum & Decretalium capita habent additiones partim ex Registro Gregorii, tum ex Lege Romana. Præfatio. Domino magnifico vigilantissimo Pastori ac præcellentissimo Archipræsuli Anselmo, ego minima gregis ipsius ouicula, & peculiaris quodammodo vernula, Pontificale decus & inenarrabile meritum vobis sedulus imprecor. Laudabilis pro-

uidentiæ vestræ præferendum, inclyte Pastor, acumen, Ecclesiasticis vtilitatibus proindè ac solerter prospiciens, &c.

Prima pars de primatu Romanæ sedis, &c. cap. p133.

Secunda de honore competenti & diuerso negotio Episcoporum, capp. 307.

Tertia de Synodo celebranda, &c. cap. 252.

Quarta de congruenti dignitate & diuerso negotio, &c. cap. 181.

Quinta de Clericorum institutione ac nutrimento, &c. cap. 205.

Sexta de proposito Monachorum & professione Sanctimonalium cap. 141.

Septima de Laicis, Imperatoribus, Principibus, &c.

Octaua de norma Fidei Christianæ & gratiâ Christi, ac mandatorum executione cap. 75.

Nona de Sacramento Baptismatis & Baptizandis cap. 63.

Decima de Templorum Diuinorum institutione & cultu ac prædiis cap. 148.

Vndecima de solemnitate Paschali & reliquis Festiuitatibus cap. 43.

Duodecima de Hæreticis, Schismaticis, Iudæis, &c. cap. 84.

Iussu Domini Heimonis Episcopi Virdunensis scripsit & absoluit Rodulfus anno Incarnationis Dominicæ MVIII. Indictione VII. x. Kalendas Aprilis regnante Heinrico Rege in regno Hlotharij.

Incidimus & nos in complures eiusmodi Collectiones Canonũ, Conciliorum ac Decretalium: atque vt omittam dicere de ea quam nuper inspexi in Bibliothecâ Naudæanâ, V. C. Sebastianus Hardy in Præfectura Parisiensi Senator integerrimus atque omnigenæ eruditionis laude præcellens vetustum possidet codicem membranaceum regnante Carolo Magno ante annos octingentos descriptum, in quo præter Conciliorum Orientalium & Gallicanarum Synodorum Canones, Romanorúmque Pontificũ probatas Decretales, quamplurima continentur, de quibus aliàs dicendum erit.

M. RAYMVNDI summa quando pœnitens remitti debeat ad superiorem. *Ex codice 412. eiusdem sæpe citatæ Bibliothecæ Thuanæ.*

Vocabularium Iuris Canonici auctore F. Martino Ordinis Prædicatorum Papæ Pœnitentiario & Capellano. *Ex codice Regio 1957.* in quo etiam habentur Constitutiones G. Sabinensis Episcopi Cardinalis in Sicilia Legati Apostolici sub Martino IV. summo Pontifice.

Ordo iudiciarius in Foro Ecclesiæ editus per Magistrum Ægidium

dium de Fossariis vel Fusaris Ciuem Bononiensem & Decretorum Doctorem. *Ex codice 14. V. C. Gabrielis Naudæi.*

IOANNIS de Bononia summa Tabellionatus officij secundùm formam Curiæ Romanæ. *Ex codice mss.*

DOMINICI Dominici summa secundùm quam Archiepiscoporum & Episcoporum Notarij debeant officium exercere. *Ex codice mss.*

Glossæ in libros tres posteriores Codicis Iustinianæi. *Ex codice Regio 163.* & in varios titulos Iuris Canonici *ex 1116.* in quo & Officiorum variæ appellationes.

PETRI disertissimi Viri Exceptiones Legum Romanarum libris quatuor ad Odilonem Ciuitatis Florentinæ Magistrum. *Ex codice Regio 1817.*

TANCREDI summa de sponsalibus & de testibus *Ex codice Regio 1116.*

FRANCISCI de Luchanis Parmensis liber de Iustitia. *Ex codice Regio 1837.*

Formulæ Forenses Latino Gallicóque idiomate secundùm veterem stylum Curiæ Galliarum. *Ex codice Naudæanæ Bibliothecæ.*

Ex indice librorum mss. *Bibliothecæ Ecclesiæ siue Capituli Beatæ Mariæ Carnotensis*, nonnulla huc addam variorum scripta, quæ Lectori, vt spero non erunt iniucunda, licet quædam ex iis forte iam fuerint typis excusa.

Collectio diuersarum literarum, formarum ac processuum secundum stylum Curiæ Romanæ: sic incipit: Exhortatio ad Soldanum vt suscipiat fidem Christi: Alexander Episcopus seruus seruorum Dei magnifico viro Soldano Persarum veritatem agnoscere & agnitam custodire, &c.

Tractatus vtilis super totum officium Missæ editus & compositus per fratrem B. de Parentinis Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Tolosanæ, sicut legitur in Albia præsentibus pluribus Doctoribus & Canonicis anno Domini 1339. & incipit Feria quinta post Cineres.

Diadema siue de arte Notariæ ac Tabellionatus, auctore Magistro Rollandino cum glossis.

Sacramentale Magistri Guillelmi de Monte Landino Doctoris Decretorum in 4. & in folio.

Summa Magistri Geofredi super titulos Decretalium.

Distinctiones Ioannis Bohic Iuris vtriusque Doctoris super libros quinque Decretalium.

Summula Ioannis Andreæ, & alia eius opera.

Ioannis Monachi & Guidonis de Baysio Apparatus in Sextum Decretalium.

Iosselini de Cassanis Apparatus in Clementinas.

Liber Reynfredi de Iure Canonico.

Tabulæ Iuris Ciuilis & Canonici, cum additionibus Ioannis Alaniani.

Summa Magistri Ioannis de Blanaso Burgundionis Legum Doctoris.

Lectura Domini de Pistorio super Codicem.

Bernardi Compostellani apostillæ in Codicem & Digestum.

In eadem Bibliotheca librorum mss. Ecclesiæ B. Mariæ Carnotensis quatuor sunt volumina in folio calamo exarata, in quibus multa opera habentur Magistri Guillelmi Aruerni, Parisiensis Episcopi, quæ à viro aliquo erudito cum excusis conferenda essent, antequàm suscipiatur operum omnium eiusdem subtilissimi Doctoris ac sanctissimi Præsulis quæ parari dicitur editio Parisiensibus aut Lugdunensibus typis.

In primo liber de anima, liber de Rhetorica & oratione Diuina, de pœnitentia, de collatione Beneficiorum, & Tractatus particularis de immortalitate animæ.

In secundo eiusdem Guillelmi summa.

In tertio liber de Trinitate, liber de vniuerso, & tractatus, cur Deus homo.

In quarto liber de Fide & Legibus, de Sacramentis, de virtutibus & vitiis.

Nec omittenda, quamuis aliò spectare videantur.

Historia Magistri Ioannis Turonensis in folio.

Guidonis de Colūna Messanensis Historia Destructionis Troię.

Tria aut quatuor Martyrologia, & libri plures in quibus SS. vitæ & Martyrum acta.

Regula Canonicorum pluteo septimo ad sinistram.

Glossarium Latinum optimæ notæ.

Marciani Minucij Felicis Capellæ Afri Carthaginensis opera bis aut ter.

Martini iunioris Geometria, Canones, Tabulæ, &c.

Oribasius maiusculis litteris.

Alexander Iatrosophista optimæ notæ.

Liber Serapionis de simplicibus ex Arabico in Latinum.

Turigianus in Galenum.

Ioannitii Isagogæ in Galenum, Viaticum cum commento, &c. ad Medicam artem spectantia.

Accedet denique Registrum omnium librorum Librariæ Domini nostri Papæ distinctum per tabulas compositas iuxta serenitatem & aptitudinem intellectus Sanctissimi ac Beatissimi Domini Rogerii de Bello-Forti, sola Dei clementia Gregorij Papæ xi. anno Domini 1375. sui Pontificatus anno quinto, scriptum per fratrem Petrum Amelii de Benaco, &c. quæ habentur *in codice Naudæano*.





NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV

CORONIS POETICA,

Quam iure meritissimo nouum Corpus Poëtarum Christianorum, siue mediæ ætatis, appellare possis.

Coronidem nostram Poëticam quatuòr similiter in partes, Historicam nimirum seu Chronologicam, Biblicam & Theologicam, Epistolicam quoque, ac Philologicam siue Technicam, visum fuerat initio distinguere: Verùm, re melius perpensâ, duo duntaxat membra selegimus, vt certos nominatósque scriptores ab incertis Poëticorum opusculorum Auctoribus seiunctos, quiuis facile dignoscere possit.

PRIMA PARS.

Certos Auctores ordine elementario exhibet.



ÆGIDII Parisiensis Poëma inscriptum Carolinus, & in quinque libros diuisum, ad Ludouicum Philippi Augusti Franciæ Regis Filium. *Ex codd. mss. Illustrissimi Franciæ Cancellarii Petri Seguieri, Iacobi Mentelli Doctoris Medici Parisiensis, & aliorum:* Nos fragmenta quædam iam

edidimus veluti in antecessum Tomo II. nostrorum Miscellaneorum, distincta ab ijs, quæ publicata fuerunt pag. 323. Tomi v. Duchesnianæ Collectionis Historicorum Franciæ.

ALANI de Insulis, Ord. Cisterciensis, cognomento Vniuersalis, de complanctu naturæ Elegia, cui subtexitur oratio numeris soluta. *Ex apographo mss.* Anticlaudianus eiusdem auctoris libris nouem distinctus, ac singulari, vt aiunt festiuitate, lepore, ac elegantia plenus, iam olim editus est Basileæ, apud Henricum Petrum., anno superioris sæculi 36. & Venetjis, Combeis sumptibus anno 1582. Eiusdem de Parabolis librum carmine Elegiaco exaratum, qui Altum Doctrinale inscribitur, nondum videre contigit.

ALBERTI Magni Ord. Præd. Episcopi Ratisbonensis de lapidibus. *Ex codice Regio 236.* in quo Hermetis Alchymia, Geberi de secretis naturæ, Razis lumen luminum, & alia plurima opuscula Alchymistica.

S. ALCIMI Ecdicij Auiti Viennensis Archiepiscopi opera Poëtica nondum edita in Leuiticum, Numeros, Deuteronomium & libros Iosue ac Iudicum, proferemus in lucem. *Ex Apographis mss.* eo præsertim, quòd Theodori Pulmanni manu descriptum, sibique ab Abrahamo Ortelio donatum miserat huc aliàs R. P. Andreas Schottus Soc. nostræ Presbyter.

S. ALTHELMI seu Aldelmi Prisci Occidentalium Saxonum Episcopi Monosticha atque Ænigmata Moguntiæ anno 1601 edita studio & opera R. P. Martini Delrio, nunc verò emendata collatione *mss. codicum* ac compluribus versibus aucta & locupletata cum aliis eiusdem Poëmatis, Bibliothecam nostram Poëticam non exiguo afficient ornamento.

AVDRADI Modici ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum de Fonte vitæ liber, cuius fit mentio in eiusdem Audradi visionibus pag. 390. Tomi II. Scriptorum Historiæ Franciæ, vbi Introductor capite XVIII. *Hic est Fons, &c.*

P.B. de Amoribus Speculum Sacerdotum Heroicis versibus conscriptum anno 1312. *Ex codice Naudæano.* Incipit.

Ecclesiæ sanctæ regimen qui ducere sanctè
Vis, hæc metra lege, de sacrâ condita lege.
Quæ si perlegere bene vis, & corde tenere,
Actu & complere, poteris bona semper habere, &c. Definit.
Explicit hoc speculum doctrinæ Presbyterorum:
P. B. composuit, qui fert cognomen Amorum,
Anno milleno, centum ter, bis quoque seno.

P.

Sunt hæc coniuncta speculo tria millia metra,
Istis adiuncta duo sunt & septuaginta.

M. Bernardi Siluestris Cosmographus. *Ex codice Regio 954.* vbi & eiusdem Microcosmus, Formula honestæ vitæ, & quædam Grammatica ordine Alphabetico. Eadem Cosmographia descripta habetur *in codice membranacco R. P. Hieronymi Vignerij Orat. D.N. I.C. Presbyteri.*

Bernardi Morlanensis Monachi ad Petrum Abbatem libri tres de contemptu mundi versibus Dactylicis quorum bini in rythmum desinunt. *Ex Editionibus Bremensi 1597. & Lunæburgensi 1640.*

Commodiani Institutiones per litteras versuum primas, sic enim se habet titulus *in codice nostro mss.* quas pronuper Tulli Leucorum edidit cum eruditissimis notis V. C. Nicolaus Rigaltius, corpori nostro Poëtico illigabimus.

Dracontii nonnulla carmina, nisi forte mentitur inscriptio, ijs superaddemus, quæ pridem emisit in publicum cum nonnullis alijs Eugenij Toletani, &c. R. P. Iacobus Sirmondus.

Engelmodi Episcopi Elegia. *Ex mss. exemplari collato cum codice Puteanæ Bibliothecæ.*

Flori Magistri Lugdunensis Ecclesiæ Subdiaconi (quem sanctum & nominatissimum vocat VVandelbertus Prumiensis Monachus in Præfatione Metrici Martyrologij) carmen Hexametrum, siue oratio cum commemoratione antiquorum Miraculorum Christi Domini nostri, vt ferebat *codex 791 Bibliothecæ Petauianæ,* incipit.

O Virtus æterna Dei, quam machina mundi
Suscipit Auctorem, cui seruit terra polúsque,
Quod distichon identidem recurrit instar versuum intercalarium.

Eiusdem ad Modoinum Episcopum Augustodunensem versus Elegiaci numero 40. quibus gratias agit pro veste & linteo manutergio, quæ cum eius epistola acceperat. Adiungemus titulum Altaris Lugduni & in corporali pallula, & si quæ alia reperiri poterunt. Morellus quædam ex iis edidit post Marij Victoris carmen in Genesim multis deformata mendis quæ eluemus.

Francisci Spinolæ Siculi Poemata *Ex codice Regio 1279.*

Fulberti Carnotensis Episcopi de virtutibus, & sententiæ Antiquorum de summo bono Rhythmo Trochaico, necnon versus de Pace *ex mss. Vaticano*, in quo Sidonij Epistolæ eiusdémque Fulberti, qui propterea eorum auctor quibusdam existimatus est. Eidem tribuuntur & nonnulli versus de libra & partibus eius, de vncia, & partibus eius, de scripulo & partibus eius.

Gibvini Lingonensis Episcopi Rhythmus de Paradiso. *Ex codice mss. R. P. Hieronymi Vignerij.*

Godefridi Remensis carminum siue Epistolarum liber versibus Elegiacis: 1. ad Ingelrammum Archidiaconum de Moribus. 2. Somnium de Odone Aurelianensi 3. ad Virginem quamdam. Accedent eiusdem versus Hexametri Leonini ad Lingonensem Episcopum seu Calliopes & Poëtæ colloquium. *Ex eodem codice.*

Gotescalci Miserabilis Monachi Orbacensis versus longè plures editis *ex membranis veteribus calamo exaratis* breui publicabuntur à viro perquàm erudito, quos, si tanti sint, in nostrum quoque corpus inseremus, cum alijs eiusdem ætatis atque elegantiæ Poëmatis.

M. Gvalfredi carmen de quinque partibus Rhetoricæ facultatis, Inuentione, Dispositione, Elocutione, Memoria & Pronunciatione. *Ex codice Naudæano.*

Gisleberti Aureæ Vallis Abbatis O. Cist. versus in sanctissimam Eucharistiam addi poterant *ex Petauiano Indice* cum centonibus de pœnitentia ex Diacontio, oratione ad Christum versibus Adonicis, de Missæ significationibus Elegiaco carmine, Præceptis Moralibus Heroico, & pluribus alijs.

Herici siue Errici Monachi S. Germani Autisidorensis libri sex de vita eiusdem beatissimi Episcopi editi sunt anno 1540. in 8. apud Simonem Colinæum cum aliquot næuis, quos Deo dante auferemus.

Hildeberti Cenomanensis primùm Episcopi tum Turonensis Metropolitæ, pauca hactenus edita sunt carmina in Bibliotheca SS. Patrum, aliisque locis: Nos *ex codicibus Regijs* 1576. 1815. 2267. *Vigneriano* iam sæpius laudato, *ex Victorinis*, aliisque proferemus in lucem: Versus ad B. Virginem, de Theophilo Christum negante, de Hildefonso Episcopo Toletano, de anima, de Crystallo, de instabilitate mulierum, de infortunio siue exilio suo, de Sacramentis, de Zozima Anachoreta & Maria Ægyptiaca, ac similia quamplurima, de quibus enucleatiùs suo loco. Interim monere iuuat præter ea quæ de Missa eiusque partibus ad hanc vsque diem vulgata sunt, longè plura reperiri *in codice Vigneriano*, quorum hîc lemmata adscribemus in gratiam piorum Lectorum, ac Christianos ritus eo, quo par est, amore, studióque prosequentium.

Quomodo intelligi & impleri possit quod Dominus dicit, Hoc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Cur panis & vinum in Sacramento Corporis & Sanguinis Do-

mini offeratur, & cur aqua admiſceatur.

Cur tres Miſſæ celebrentur in natali Domini.

Quia vera eadémque caro ſit, quæ nunc in altari conſecratur cum illa, quæ de Virgine nata & in cruce creditur paſſa.

Quod mundo fame verbi periclitanti Chriſtus panis Angelorum venerit.

Quòd non alius præter Chriſtum pro peccato Adæ ſatiſfacere poterat, & cùm ſecundùm vtramque naturam immortalis eſſet ſponte pro nobis mortuus eſt.

Quod Agnus immolatus in lege aſſus & à populo Iſraëlitico comeſtus typum Chriſti geſſit: ſuccedente verò gratia, & vero ſacrificio apparente legales ceremoniæ ceſſauerunt.

Quod integer diuerſis immolatus locis perſeuerat agnus, totúſque à populo fidelium in eſcam ſumitur.

Quod caro Chriſti non in merito efficitur conſecrantis; ſed in verbo Creatoris, & quod non à bono maius, nec à malo minus percipitur.

Quod Sacerdos dum ad altare ſtat, Chriſti ſimilitudinem gerit, Chriſtúmque offert, ipſe quoque Chriſtus & Crucifixus dicitur.

Quod ſolus Omnipotens ſanctificator & adminiſtrator ſit ſacrificij: Presbyter verò tantùm miniſter, quódque eodem verbo caro ſit in altari, quo creata eſt in vtero ſanctiſsimo Virginali.

Quod cæleſtium vaſorum figulus potens eſt modicam panis portionem in melius, hoc eſt, in carnis ſuæ gloriam mutare, qui humanitatis noſtræ teſtam aſſumptam igne paſsionis ſuæ decoctam de morte potuit ad vitam reformare.

Quod idcircò vinum cum pane in ſacrificio offertur, quia nec caro ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne communicatur.

Profunda ſecretorum cæleſtium Dominus ideò occultari voluit vt & perfidis celaretur, & fidelibus meritum de virtute fidei ceſſaret.

Aqua pariter ſanguini admiſcetur, quia vtrumque ſimul in Cruce de latere Saluatoris emanauit, ſanguis videlicet Redemptoris & vnda Baptiſmatis per quam figuratur.

In conſecratione Dominici Calicis aquam vino mixtam non legimus, ſed vt in hoc Sacramento nihil deeſſet, ad commemorationem Paſſionis Dominicæ Apoſtoli poſtmodum fieri decreuerunt.

Quod licet vinum & aqua ante conſecrationem typicè miſceantur, pòſt non niſi ſanguis bibitur, quia aqua in ſanguinem vertitur, vt populus, qui per illam figuratur, in melius tranſmutatum

tum se esse intelligat.

Quod huius Sacramenti perceptione & salutiferæ Crucis virtute paradisus homini reseratur & diabolus superatur.

Quod ante legem & in lege Patribus sanctis regni ianua clausa fuerat, post datam verò gratiam Latroni pœnitenti & pœnitentibus peccatoribus nunc pateat.

Quod Christus verus sit Moyses qui nobis de seruitute diaboli ereptis Agnus Paschalis immolatus est, quique per huius mundi desertum ad regnum promissum nos introducit.

Quod Dominus noster IESVS-CHRISTVS ipse sit granum frumenti quod cadens in terra mortuum & resurgendo in sementem vitæ multiplicatum sit: de cuius grano multa fidelium grana sunt orta, quæ cum illo vnam vitæ partem in Ecclesia efficiunt.

Ne quisquam membrum diaboli factus ad Corpus Christi more Iudæ accedere præsumat, quem non tam prioris culpæ conscientia damnauit, quàm quod adhuc peccator & immundus ad mensam sacram præsumptuosè accedere non formidauit.

Nulli fidelium ignorare licet Dominici Corporis & Sanguinis Sacramentum, quod in Ecclesia quotidie celebratur, ne fortè ex eo quod ignorat ad illud percipiendum censeatur indignus.

Sacramenta Dominica Presbyterum quemque scire decet quibus subiectum sibi populum erudiat & informet ad fidem, sine quibus sacerdotio fungi dignè non poterit.

Sacerdos post Christi vestigia gradiens, verbúmque vitæ populo adnuntians, & Christus Domini & ipsius Angelus dicitur, dúmque proximum ad agnitionem Dei amorméque cælestium inflammat, Seraphinam sortitur dignitatem.

Quod idem sit carbo lucens qui & Seraphim: nam dum in Ecclesia Rectores sancti populum Dei tenebris extinctum verbo salutis & exemplo bonæ actionis ad superna reaccendunt, profectò meritis succedentes perhibentur.

Quod terribile sit valde ad Sacramentum altaris indignè accedere, vbi Rex Angelorum hominúmque ipse summus Sacerdos & Pontifex Christus seipsum singulis in escam vitæ aut mortis porrigit, singulorum merita discernit.

Quod pro diuersitate meritorum Christus in Ecclesia agnus & hœdus vt in lege præsignatum est, immolatur, vt sicut Hieronymus ait, carnibus agni perfectiores, peccatores verò & pœnitentiam agentes hædo pascantur.

Quod Sacerdos & quisque fidelium capiti suo, quod est Christus, conformari debet, cúmque ad cælos sequi spiritualiter,

Q

&c. *Verùm è diuerticulo redeamus in viam.*

HIERONYMI Ventutelli Forosempronienſis Gallus Gallinaceus ad Antonium Gallum Vrbinatem, poëma 400. verſuum ſatis elegans & venuſtum cum Præfatione. *Ex Bibliotheca V. C. Gabrielis Naudæi.*

HVGBALDI Monachi Elnonenſis cœnobij Ordinis ſancti Benedicti Ecloga ſeu poëmation 136. verſum de laude Caluorum Carolo Caluo Francorum Regi atque Imperatori dicatum, in quo omnia verba ab vna littera C. incipiunt hoc initio:

Carmina clariſonæ caluis cantate Camœnæ. Ex editione Baſilienſi.

HVGONIS Lingonenſis Epiſcopi paſſio ſancti Victoris Martyris. *Ex codice Regio* 1831.

IACOBI Caietani de Stephaniſchis ſancti Georgij ad velum aureum Cardinalis opus proſometricum tribus millibus verſuum conſtans de vita & rebus geſtis S. Petri de Murrone Cæleſtini Papæ v. & coronatione Bonifacij VIII. eius ſucceſſoris, in tres partes diſtinctum, &c. abſolutum Valentiæ Segolaunorum ad Rhodanum poſt obitum Clementis Papæ v. *Ex codice Naudæano* 6.

IOANNIS Semur Ordinis Minorum verſus & Kalendarium. *Ex Bibliotheca Petauiana.*

IACOBI Comitis Iuliarij Veronenſis qui viuebat tempore Sabellici & Politiani Epigrammatum liber. *Ex codice membraneo Bibliothecæ Naudæanæ* in qua etiam habetur Alberici de Roſate I C. Apparatus ſiue commentarius in Comœdiam Dantis Aligerij Poëtæ, quæ diuiditur in tres partes, cum Cæleſtini Papæ Paraphraſi Metrica in hymnum Salue Regina, Bernardi Rythmo de dilectione Dei, & alijs nonnullis.

LAVRENTII Dunelmenſis Monachi de Veteri & Nouo Teſtamento Hypognoſticon. *Ex codice Thuano* 428.

LEONII Preſbyteri Pariſienſis Hiſtoriarum Veteris Teſtamenti libri duodecim Heroico carmine, cum aliquot eiuſdem Poematijs. *Ex mſſ. exemplari collato cum alijs codicibus, qui in Pariſienſibus Bibliothecis poterunt inueniri.*

MATTHÆI Vindocinenſis Abbatis Tobias metrificatus. *Ex codicibus Puteano, Thuano* 525. *aliiſque.*

MARBODI Rhedonenſis in Armorica Epiſcopi carmina quamplurima cum aliquot epiſtolis edita ſunt anno 1524. Rhedonis, formis parum elegantibus. Eorum nonnulla continet *codex Vignerianus ſæpe iam ſupra laudatus, quæ cum vulgatis conferre licebit.*

NICOLAI Bonaiuli Florentini carmen Heroicum libris quatuor in figura Paradiſi de quatuor virtutibus Cardinalibus. Item de

figura sancti sepulchri libri sex. Carmen sanctæ Basilicæ libri sex, de sancta Hierusalem libri 12. eiusdémque epistolæ & alia carmina. *in mss. codd. Basil. S. P. inter spiritualia colloquia num. 5. 6. 7. 8.* Ibidem quoque num. 13. fuisse dicuntur Carmina Maximiani super senectute, Regula Metrica, carmen de Virtute & Inuidia, Ira & Patientia atque Auaritia: item Carmen Ervgipti.

Nicolai Monachi versus de Abbatibus in ouile Christi aliunde ascendentibus, & inuectiua in Abbatem Cadomensem. *Ex mss. R. P. H. Vignerij.*

Odonis Aurelianensis Episcopi versus *ex eodem codice.*

Divi Orientii Christiana Monita, seu Christianæ vitæ, in Bibliotheca Galesiana reperta *ex apographo V. C. mihique amicissimi Iacobi Grotij*, quod conferemus cum Commonitorio Salmanticæ anno 1599. è membranis Aquicinctinis edito, notisque illustrato opera R. P. Antonij Delrio Soc. Iesu Presbyteri, qui Orientium Illiberitanum Episcopum appellat.

V. C. Pavlini Iunioris Burdigalensis Eucharisticon versibus Elegiacis, & Paulini alterius Petracorij (*In mss. codice sancti Germani de Pratis num.* 481. dicitur Paulinus Petricoriæ) libri sex de vita sancti Martini, aliáque carmina falsò iam olim tributa sancto Paulino Nolanæ Vrbis Antistiti. Nunc verò ope mss. codicum ab innumerabilibus mendis purgata. *Ex apographo & recensione R. P. Iacobi Sirmondi.*

Radvlfi De Praellis Consiliarij & Magistri Hospitiorum Caroli V. & Caroli VI. Musa siue Satyra prosaica in vitia sui temporis. *Ex membranis V. C. Gabrielis Naudæi.*

Renati Monachi Vindocinensis carmen *in codice* 1069. *II. Partis Bibliothecæ Regiæ.*

Bibliotheca Petri Rigæ, siue de Riga, Rhemensis Ecclesiæ Clerici, quæ etiam Aurora seu Biblia dicitur, versibus Elegiacis conscripta, & allegoricè exposita. *Ex codd.* 17. *&* 18. *Bibliothecæ V. C. Gabrielis Naudæi.* Nec desunt apographa Expositionum eiusdem auctoris in sacram Scripturam *ex codicibus, ni fallor, Bibliothecæ Canonicorum Regularium S. Victoris ad Vrbem:* Vidi etiam Paraphrasim metricam Incerti Auctoris in libros Iosue, Iudith, atque Esther, Elegiaco carmine, *ex Bibliotheca Collegij Mussipontani Soc. Iesu codice mss.* descriptam manu R. P. Frontonis Ducæi eiusdem Societatis Theologi.

M. Roberti Blondelli de Normannia Desolatio Franciæ, dum Rex detinebatur ab Anglis. *Ex codice* 935. *II. Partis Bibliothecæ Regiæ.*

M. SERLONIS versus aliquot de instabilitate Mundi. *Ex codice S. Mariæ Remensis.*

THEODVLI Ecloga siue libellus, in quo interloquuntur Alithia & Pseustis iudice Phronesi, editus quidem fuit Francofurti in 8. anno 1618. pag. 22. & seqq. Manualis Biblici, siue Enchiridij sanctæ Scripturæ, sed adeò deformis præ nostro apographo, vt iterū prodire, ac rugas næuósque ponere vehementer efflagitet.

Versus Platonis à quodam Tiberiano, siue Tiberio, de Græco in Latinum translati. *Ex codice Tiliano.*

TVLLII cuiusdam Ænigmata LXIII. Hexasticha propemodùm omnia. *Ex codice mss.* in quo Sedulij Paschale opus, Commodiani Institutiones, & alia pleraque.

VANDELBERTI Prumiensis Monachi Martyrologium metricum, cum V. Bedæ operibus editum, pluribus in locis magna accuratione emendatum, suóque nitori restitutum dabimus.

VARNERII ad Robertum versus. *Ex codice Thuano 315.*

VENANTII Fortunati, Episcopi, vt creditur, Pictauiensis, Poëmata varia, aliáque opuscula *excollatione plurimorum mss. atque adeò vnius nostri omnium optimi codicis*, in alteram pene formam conuersa, ac perpurgata, visum fuerat hiisce nostris antiquis Lectionibus inserere. Verum aliud forte suadebit prolixitas operis adjuncto ad doctissimas R.P. Christophori Brouueri notationes nostro quoque spicilegio.

VRBANI II. Papæ & Clementis Antipapæ altercatio. *Ex codice Vigneriano.*

PARS ALTERA

Versus nulli addictos auctori complectitur.

TEtrasticha in præcipua quæque capita Veteris ac noui Testamenti, à Genesi vsque ad Apocalypsim. *Extant in codice mss. cum Commodiani institutionibus.* Eadem videntur cum Prudentij Amœni Diptycho seu titulis Historiarum Veteris ac Noui Testamenti quæ cum Isonis Magistri Glossis edita sunt Franco-furti anno 1610. in Manuali Biblico, siue Enchiridio sacræ Scripturæ, sed emendatiora. Addemus Rustici quoque Helpidij V. C. Exinlustris & Exquæstoris Picturas Historiarum Veteris ac Noui Testamenti Tristichis Hexametris explanatas. Necnon VValafridi Strabi Abbatis Augiensis versus ad Picturas noui Testamenti, & Anonymi Compendium Doctrinæ Euangelicæ.

Carmina

Carmina in Basilicas sanctæ Mariæ & sanctorum XII. Apostolorum. *Ex eodem codice mss. cuius facta est mentio.*

Laus Domnæ Eunomiæ sacræ Virginis. *Ex eodem codice.*

Vita sancti Albani Martyris. *Ex codice Puteano.*

S. DIONYSII & sociorum eius gesta metris Rhythmicis. *Ex codice Regio 1576.*

Epigramma in calce mss. libri de vita Excellentium Imperatorum, cui titulus, V. C. Aimilij Probi de excellentibus Ducibus exterarum gentium liber ad Atticum.

In laudem sancti Hieronymi versus, in fine eius operum *in Bibliotheca Vaticana.*

Poëma in laudem Origenis. *Ex codice Regio 55. optimæ notæ*, in quo Homiliæ eiusdem Latinè redditæ in Genesim, Exodum, Leuiticum, libros Iudicum, Cantica Canticorum, & Hieremiam.

De Gestis Petri de Francia Borbonij Ducis carmina. *Ex codice 191. II. Partis Bibliothecæ Regiæ.*

Relatio de Mahomete. *Ex mss. Puteano.* In sæpe citato *codice Vigneriano* habetur versibus Elegiacis Leoninis descripta vita Mahometis ac Nicolai Apostatæ.

Epitaphium Cæsaris, nescio cuius, qui in codice Vigneriano dicitur Iulius. Tetrasticho auctius habetur in libro Canonum Synodorum Gallicanarum, qui fuit olim sancti Petri Beluacensis, nunc verò visitur in Vaticana, datus à Cardinale Ferrariensi.

Ex antiquo similiter codice Belli Hierosolymitani seruatum reperi Epitaphium Godefridi Regis versibus Leoninis.

Epitaphium Ioannis Bezuensis Monachi. *Ex codice mss. Bibliothecæ Regiæ*, in quo Chronicon Bezuensis Abbatiæ.

Veteris ac noui Testamenti Historia, siue sacra Biblia versibus expressa. *Ex codd. Regiis. 258. 1113. 1133. 1465. 1501. 1611. 2265. 2269. aliisque, quos per otium expendemus.*

Anonymi in quatuor libros Regum quatuor libri carmine Elegiaco. *Ex apographo mss.*

Ordo legendorum librorum in Ecclesiâ & Refectorio. *Ex codice mss. Monasterij S. Crucis Parisiensis.*

Poëmata quædam Christiana *ex codice Puteano*, & Epigrammata Theologica *ex Regio 1994.*

Versus de conuenientiâ Incarnationis. *Ex codice sancti Victoris.*

Oratio ad Christum in calce Martyrologij mss. Adonis Archiepiscopi Viennensis, & Carmen elegiacum de Natiuitate Christi. *Ex mss. codice.*

De æterna Filij & Hominis cum Deo Patre cooperatione. *Ex exemplari mss.*

De Virtutibus Boni Pastoris Hymnus versibus Trochaicis. *Ex veteribus schedis.*

De sapientia & septem artibus. *Ex mss. exemplari*, quo vsus est R. P. Iacobus Sirmondus, qui edidit in notis ad Theodulfum Aurelianensem Episcopum.

De nuptijs Mercurij & Philologiæ versibus Leoninis, vt vocant. *Ex codice Vigneriano*, in quo de Excidio Troiæ & Æneidos Virgilianæ summa, Fabula sat longa de lupo & Opilione, Ænigmata varia, & plura alia eiusdem generis.

Æsopi fabulæ versibus Elegiacis. *Ex codice Regio 893.* An eædem sint cum ijs, quæ habentur *in citato codice Vigneriano*, & inscribuntur, Liber Hisopi, nondum inquisiuimus. Incipiunt.

Vt iuuet, vt prosit conatur pagina præsens,

Dulcius arrident seria picta iocis, &c.

Conflictus Veris & Hyemis iudice Palæmone. *Ex codice Regio 1089.*

Anonymi ad Messium quemdam Tristicha LXVI. de Figuris & schematibus Rhetoricis. *Ex mss. exemplari.*

Kalendarium Ecclesiasticum, Carmen de anno & mensibus, & Compotus versibus. *Ex codicibus Puteanæ Bibliothecæ.* Extat etiam *in codice Naudæano* Veteris Romani Kalendarij explicatio per virum pietate & litteris ornatissimum P. Bernardinum anno salutis 1579.

Algorismus metricus. *Ex codice Thuano 605.*

Versus de diebus Ægyptiacis. *Ex codice Thuano 615.*

Anonymi de ponderibus & mensuris. *Ex codice Regio 1340.*

De vniuersa medicina libri quinque scripti Carmine Hexametro & in capita diuisi ante trecentos aut quadringentos annos. Incipit primus.

Principio rerum cùm conditor orbis adiret

Humani generis primos plasmare parentes.

Desinit vero in hunc versum.

Omnibus ergo vale dicens in pace recede. *Ex codice Bibliothecæ Naudæanæ.*

In eadem Bibliotheca V. C. Gabrielis Naudæi seruantur complures alij Poëtæ, quorum hic indicem ac nomina veluti per saturam describere ac coronidi nostræ superimponere extra ordinem coacti sumus, quod cum in manus nostras notitiamque primum venêre, Elementa iam Poëtarum Catalogus ex Typographico prælo liberè euolarat.

PETRI Brocardi Cancellarij ad Serenissimum Principem D. Federicum Gonzagam Dei gratia Mantuæ Marchionem ac Ducem

inuictissimum Dominum suum de bello, strage, & obitu Caroli Burgundiæ Ducis libri duo versibus Heroicis exarati, & ex autographo descripti.

Nicolai de Valle inuectiua versibus Elegiacis fermè sexcentis ad Pædagogum de Græcis litteris detrahentem cum Præfatione ad Franciscum Patricium. Huius Vallæ Iliada Homericam Latino carmine Hexametro redditam curauit Iacobus Faber Stapulensis Româ aduehi, & typis Ascensianis describi Parisijs in quarto, anno 1510.

Francisci Petrarchæ Epigrammata sexdecim totidem Romanis Ducibus celebrandis destinata, quæ inter eius edita carmina non habentur. Extat in eodem codice Hymnus ad Iesum, varijs vocibus Græcis & Hebraicis mixtus cum Testamento Sempronij Tucidani seu Tuditani litteris maiusculis exarato & antiqua ad Imperatorem supplicatione.

Bonifacii Veronei Principis, qui ante ducentos viuebat annos, Veronica Heroico Poëmate mille versuum celebrata. Incipit.

Cælestes aditus & diui numina vultus, &c.

Homeri Batrachomyomachia carmine Latino Hexametro reddita per Carolum Aretinum ad Marrasium Siculum.

Antonii Lepidi Vestini Iulia-Noua diuo Andreæ Matthæo Aquauiuo, Marchioni Bitunti, Conuersani & Iuliæ Comiti, Terami atque Hadriæ Duci illustri, poëma octingentorum versuum optimæ notæ, quod incipit.

Nunc canere Aonio furor est noua mœnia cantu:
Nunc amor ordiri muris sublimibus vrbem, &c. Desinit verò:
Quod precor, & precibus Vatis Deus annuat æquis.

Caroli Aretini Elegia pro obitu Leonardi Aretini viri doctissimi ad B... Iurisconsultissimum.

Alfonsinus de moribus & vita hominum per Reuerendissimum sacræ Theologiæ Doctorem Magistrum Michaëlem de Strinerio Panormitam. Fabulæ sunt quindecim ad insinuandos mores honestos excogitatæ in codice membranaceo ante ducentos annos exarato.

Panegyricus Heroïco carmine dictus Ioanni Langiaco Aruerno Episcopo Abrincensi, &c. Regio Legato, à Marco Aurelio Arbosano Iurisconsulto, Venetijs anno 1529. Incipit

Phœbe salutiferi proles diuina Tonantis, &c.

Naldi de Naldis Florentini Bucolica ad Laurentium Medicem, eiusdémque varia carmina.

Æsopi fabulæ carmine redditæ, Faceti disticha de moribus,

Pamphilus de amore versu Hexametro in membranis.

Historia Alexandri Regis à Magistro Qualichino, (aliàs Aretino) metricè edita, incipit:

Stellarum curis AEgyptus dedita quondam, &c.

Continet multa millia versuum in membranis & desinit:

Historiam dictam dictauit carmine quidam,
Qui Qualichinus nomine dictus erat.
Post natum Christum sunt anni mille ducenti,
Terque duodeni, quando fit istud opus, &c.

Habetur quoque eiusdem Alexandri Magni Historia meris fabulis referta scripta anno 1217. exscripta verò anno 1465. Eadem quoque antiquiori charactere in membranis figuris etiam additis in quarto.

Macharonis Forza acta Matelicæ Ludis Panzigonfijs, poëma Macaronicum Romæ mira omnium approbatione editum.

Anonymi Dialogus, an rectè versus monosyllabis verbis claudatur, & quibusnam, aduersus Thomam Corræam, qui Bononiæ ante quinquaginta annos libros de Eloquentia, Elegia & Epigrammate scribebat.

Ruffini Bini Assisiatis dissertatio, qua Propertium Assisiatem fuisse aduersus Meuanates probatur.

Anonymi commentarius in Bucolica Virgilij. Angelus Scarponus anno 1455. librum hunc Viterbij describebat.

Nicolai Treuereth Ordinis Prædicatorum, qui viuebat anno 1360. commentarij in Tragœdias Senecæ.

Cantalycij ad præstantissimum Præsulem Franciscum Mariam Episcopum Viterbiensem Commētarij in Satyras Persianas. Scribebat hîc magna nominis celebritate circa annum 1472. Extat quoque ibidem Anonymi commentarius in Persium.

Omitto Iuuenalis Satyras omnes in membranis, Terentij Afri Comœdias ductu litterarum continuo scriptas in codice antiquo membranaceo, Sallustii Historiam, Iustini 44. voluminum Trogi Pompei Abbreuiatoris libros scriptos Reate anno 1433. & similia, *quòd consilij non sit in librorum iam editorum & in omnium manibus atque officinis prostantium codices mss. sollertiùs inquirere, nisi si quid à vulgatis diuersum, aut singulari aliqua commendatione dignum forte fortuna in illis occurrerit.*

FINIS.

Ex Tipographia IOANNIS HENAVLT.

PHILIPPI LABBEI
BITVRICI,
SOCIETATIS IESV PRESBYTERI,
NOVA BIBLIOTHECA
MSS. GRÆCORVM,
SIVE SPECIMEN ALTERVM
ANTIQVARVM LECTIONVM
GRÆCARVM,

In quatuor itidem Partes tributarum cum Coronide Poëtica.



PARISIIS,
Apud IOANNEM HENAVLT, viâ Iacobæâ,
ſub ſigno S. Raphaëlis, prope ſanctum
Benedictum.

M. D. C. LII.
Cum Approbatione, & Priuilegio Regis.



NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. GRÆCORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM GRÆCARVM.

PRIMA PARS.

Historica & Chronologica.

CHRONOLOGIA ab Adamo ad Christum. *In codice Regio 2225.*

Ecloge Historiarum ex Mosis libro & Historicis profanis vsque ad Anastasij tempora. *In codice Regio 1067.*

Historia Chronica à Iudicibus ad Iustinianum. *In codice Regio 1422.*

Chronologiæ compendium ab orbe condito ad Iustinianum Rhinotmetum. *In codice Regio 1596.*

Chronologia ab orbe condito ad Theophilum Imperatorem & Michaelem. *In codice Regio 153.* In quo inter cetera, Andronici Palæologi deploratio vrbis Constantinopolitanæ. Conferemus cum *codice mss.* in quo breuis Chronographia ab Adam ad eosdem Impp.

Incerti Chronicon vsque ad Leonem Sapientem. *In codice Re-*

gio 1067. sub finem.

Synopsis annorum Imperij C P. vsque ad Isaacum Angelum. *In codice Regio* 1820.

Chronicon ab initio mundi ad Manuelem Comnenum. *In codice Regio* 945. vbi & alterius Chronici fragmentum, narratio de constructione Templi S. Sophiæ, Prouerbia vulgaria cum interpretatione, Hieroglyphicæ notæ, Apotelesmata, & quamplurima Medica, Prognostica, &c.

Chronologia ab anno mundi 5827. vsque ad Robertum. *In codice Regio* 1728. in quo & plurima alia.

Chronicon ab orbe condito vsque ad Ioannem Lascarim anno Mundi 6971. *In codice Regio* 1334.

Incertorum Chronica alia subministrabunt *codices Bibliothecæ verè Regiæ* 1150. 1761. 1772. 1819. 2181. In Sfortiana visebantur Historia Romanorum ab AEnea vsque ad Constantium Imp. & Chronicon ab orbe condito vsque ad mortem Romani Imperatoris.

Historia Thesei libris XII. lingua vulgari. *In codice Regio* 309. in quo eodem idiomate Narratio de capta à Francis Hierosolymitana vrbe anno mundi 6612.

ISAACI Porphyrogennetæ Historia Troiana & Characteres Ducum qui ad Troiam. *In codice Regio* 332.

GEORGII Gemisti Plethonis de Assyriorum & Medorum regno ex Diodoro Siculo. *In codice Regio* 2259.

Anonymi Monodia siue oratio funebris in Imperatorem Constantinum Iuniorem Constantini Magni maiorem natu filium anno 340. apud Aquileiam interemptum, Græcè & Latinè edita est à Federico Morello Parisijs anno 1616. sed eam iuuabit iterum vulgare, quòd leuibus commissa folijs, vt pleraque eiusdem Interpretis opuscula, vix in manus eruditorum peruenire possit.

Romanorum Reges à Romulo ad Alexium Ducum Murzuflum. *In codice Regio* 558.

Series Imperatorum ex genere Palæologorum & ex genere Othomanorum cum Ducum Venetorum Catalogo. *In codice Regio* 1769.

Historia Armeniorum à Gregorio vsque ad Heraclium Imperatorem & de Fide Armeniorum & successione Episcoporum. *In codice Regio* 696. in quo Ioannis Archiepiscopi Nicææ de Christi Natali ad Zachariam Catholicum Magnæ Armeniæ, & Isaaci Catholici Magnæ Armeniæ sermo steliteuticus contra Armenios & eorum dogmata & de XXX. eorumdem hæresibus cum Episcoporum

:rum Armeniæ Regúmque Armeniorum Catalogo.

Ammonij Monachi Alexandrini narratio de Monachis in monte Sina & in Rhaythu à Barbaris occisis conuersa ex Ægyptiaca lingua in Græcam à Ioanne quodam Presbytero. *Ex codice mss.* cuius initium à vita Beati Andreæ Sali.

IOANNIS Sinaitæ Historiam Indorum venientium in sanctam Ciuitatem & Palladium de gétibus Indiæ & de Brachmanibus extitisse accepi in *Sfortiana Bibliotheca*.

Narratio eorum quæ gesta sunt in Perside, sub Aribate Rege, inter Christianos Græcos & Iudæos. *In codice Regio* 205.

APOLLONII Tyri Historia. *In codice Regio* 280.

GENNADII Patriarchæ CP. de excidio vrbis CP. eiusdémque Chronologia *in codice Regio* 1765. in quo & plurima illius opera.

GEORGII Scholarij de nobilissimo Melissenorum genere collectio ex varijs Historicis facta iussu Imp. CP. Ioannis Palæologi. *in apographo mss.* In codice ms. T. cum aliis pluribus est breuis Genealogia Palæologorum & Othomanidarum.

ANDRONICI Callisti Monodia de misera Constantinopoli: *Ex codice mss.* E. in quo Leonis Constantini Impp. legum Epitome.

Monodiæ Gemisti Plethonis & Michaëlis Apostolij extant in *mss. R.* 29.

Ioannis Clerici & Cubicularij de capta ciuitate Thessalonicensi. *In codice Naudæano* 68.

Ioannis Argyropyli comparatio Veterum Imperatorum cum Hodierno, Consolatio ad Constantinum Palæologum, ad eundem de Regno, & in Ioannem Palæologum *in codice Regio* 56.

CHORICII Gazensis Sophistæ vita. *In codice Regio* 1240.

BESSARIONIS, GEORGI Gemisti, necnon Anonymi orationes in funere Cleopæ Imperatricis Palæologæ. *In codice Regio* 2209.

MICHAELIS Apostolij Byzantini oratio funebris in Bessarionem Cardinalem. *In codice Naudæano* 65.

De sex Synodis Oecumenicis: quibus Præsidibus, quo tempore, quibus locis celebrata sint. *In codice Regio* 1052. in quo ex Hippolyti Thebani Chronico fragmentum à Christo nato vsque ad Baptismum, & narratio gestorum in Perside. *Videndus etiam codex* 1067.

Georgij Presbyteri Cæsareæ de CCCXVIII. Patribus. *In codice mss.* 92.

Anonymi de Episcopis in alias & nobiliores sedes translatis. *In codice Naudæano* 57. in quo & Patriarchæ Photij collectio de Episcopis & Metropolitis.

Narratio ex vita Abbatis Danielis Scetiotæ, qui dicitur nouus

Paradiſus. *Ex codice mſſ.* 8. in quo poſt Geronticon Acephalum ſunt ſententiæ SS. Patrum, & Pratum ſpirituale ἀπλῶς.

CONSTANTINI Imperatoris enarratio ex diuerſis collecta Hiſtoriis de Imagine CHRISTI miſſa ad Abgarum, quomodo de Edeſſa Conſtantinopolim tranſmiſſa fuerit. *In codice Regio* 707. Eidem adſcripta Donatio viſitur mſſ. *in codicibus Regijs* 816. 2193. 1149. 1307. 1334. 2023.

De Miraculis ad Imaginem Chriſti in ſancto Puteo Magnæ Eccleſiæ, & de Patricio & Philochriſto Notario. *In codicibus Regijs* 143. *&* 276. *In* 106. de miraculis ad Imagines Chriſti.

De CHRISTI Imagine in Chalcopratijs, & de Theodoro Nauclero, & Abrahamo Hebræo. *In codice Regio* 276.

Anonymorum de Imagine B. Virginis, & de Miraculo in Beryto. *In codice Regio* 143.

De depoſitione Veſtis B. Virginis in Blachernis & de Inuentione eiuſdem Veſtis depoſitæ in Templo Blachernarum. *In codicibus Regijs* 274. *&* 1283.

De Conſtantinopoli ab obſidione Perſarum liberata precibus B. Virginis, Heraclio imperante. *In codicibus Regijs* 143. 148. 276. &c.

Synaxarium totius anni, continens Martyrum & aliorum Sanctorum commemorationem. *Ex codice mſſ.* 16. Eſt & aliud ſynaxarium continens vitas ſanctorum breui narratione deſcriptas à menſe Septembri vſque ad xv. Auguſti *in codice Naudæano* 22. *valde antiquo ac probæ notæ.* Habetur *in codice Regio* 1065. ſynaxarium Nicolai Calliſti Xanthopuli: *in* 631. ſabbatocyriacorum ſynaxarium: *in* 942. ſynaxarium Euangeliorum ſecundùm Hebdomades. Adeundi quoque *codices* 734. 877. 1253. 1421. & 2232.

Geronticon Incerti de vitis Patrum. *Ex codice mſſ.* 8. *In codice Regio* 1708. reperitur fragmentum ex libro qui inſcribitur Geronticus. Videndus quoque *codex* 932. & alius, cuius initium ſumitur à vita B. Andreæ Sali, in quo plurima Gerontici excerpta annotauimus.

DOROTHEI de Apoſtolis & LXX. Chriſti diſcipulis Græcè reddita ab incerto. *In codice Regio* 607.

Hiſtorica collectio Illuſtrium virorum, eorum præſertim, qui ſcriptis aliquid commendarunt, & recenſio operum, quæ poſteritati reliquerunt. Incipit ab Abaride Scythâ, & deſinit in Chœrilum Χοιρίλον per omnes Alphabeti litteras, exceptis duabus poſtremis ψ & Ω. *In codice mſſ. T.*

In vno codice mſſ. reperi vitas S. Athanaſij Patriarchæ Alexandrini, S. Macarij Ægyptii, S. Xenophontis & filiorum eius,

S. Ephrem Syri cum eius testamento, S. Eusebiæ quæ & Xene, Martyria S. Timothei Ephesini Episcopi, S. Anastasij Persæ, S. Clementis Ancyrani, SS. Cyri & Ioannis, cum Gregorij Cæsar. Oratione in Gregorium Theologum, & Cosmæ Vestitoris in reliquias S. Chrysostomi. In altero Martyrium S. Nicephori Martyris, vitam S. Mariæ Ægyptiacæ, ex Aphroditiani narratione de Magis, &c. In alijs eiusdem Bibliothecæ vitam S. Epiphanij Cyprij, S. Ioannis Damasceni per Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum, &c. sed ad *Regiam Gazam* accedamus in cuius *codice* 564. eadem hæc vita reperitur, quæ etiám edita est, tum Basileæ, tum Parisijs.

Encomia in Eliam Prophetam, in Ioannem Baptistam, in Laurentium, in Agathonicum, in Procopium & Callinicum Martyres. *In codice Regio* 274. in quo Martyrium S. Æmiliani, S. Theodotæ & liberorum eius, SS. septem Puerorum Ephesi, S. Marcelli Apameæ Episcopi, & alia.

SS. Cyri & Ioannis Medicorum ἀναργύρων Martyrium. Item SS. Gordi, Polyeucti, Hermyli, S. Statonici, cum vitis S. Siluestri Papæ auctore Eusebio, Theodosij Cœnobiarchæ, Ioannis Calybitæ, Pauli Thebani, Antonij, Athanasij, Euthymij, Eusebiæ peregrinæ, & aliorum *in codice Regio* 493.

Symeonis Stylitæ vita, Martyrium S. Babylæ & trium puerorum, Charitonis Confessoris vita & Martyrium. *In codice Regio* 374. vbi & narratio de Miraculo S. Michaëlis apud Chonas.

In SS. Basilium Cæsariensem Arch. Gregorium Nazianzenum Theologum & Chrysostomum P.CP. Encomium Georgij Camariotæ. *In codice Regio* 56. *In Naudæano* 60. Encomium S. Basilij auctore S. Ephrem.

S. Clementis Papæ Romani, & S. Ignatij Antiocheni Præsulis Martyrium. *In codice Naud.* 38.

Danielis Scethiotæ Monachi vita. *In codice Regio* 1025.

Eustathij Archiepiscopi in Demetrium Myroblyptem Martyrem. *In codice Regio* 1386.

S. Evdociæ Martyrium. *In codice Regio* 306.

Gregorij Cyprij Encomium in Georgium. *In codice mss.* 16.

Martyrium S. Iacobi in Perside, & S. Eupli *In codice* 205. *Regio sub finem*, vbi Danielis visiones, & pleraque alia.

Theodori Studitæ de Inuentione capitis S. Ioannis Baptistæ. *In codicibus Regijs* 66. & 1045. Eiusdem de veneratione Crucis *in* 276. & 143.

S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ Historia auctore Prochoro

eius Discipulo. *Ex mss. exemplari.*

Thedori Studitæ encomia in S. Ioannem Euangelistam & S. Platonem Confessorem, *In codice Regio* 273. in sequenti habetur eius Testamentum.

Nicephori Blemmydæ laudatio S. Ioannis Theologi. *In codice Naudæano* 80.

Callisti Patriarchæ CP. encomium Ioannis Ieiunatoris. *In codice Regio* 276.

Theophanis Cæsariensis encomium Menæ, Hermogenis, & Eugraphi. *In codice Regio* 142.

Vita S. Mariæ AEgyptiacæ auctore Sophronio. *In codicibus Regijs* 143. 148. &c.

S. PAVLI vita, peregrinatio, martyrium per Euthalium Diaconum. *In codice Regio* 423.

Euodij de Martyrio SS. Quadraginta Duorum Militum. *In codice Regio* 143.

Georgij Decapolitæ de visione Saraceni, qua conuersus Martyrium pro Christo pertulit. *In codice Naudæano* 54.

Martyrium Theodori Magistri militum, & alterius Theodori Teronis, seu Tyronis appellati. *In codicibus Regijs* 143. 1010.

Nectarii Archiepiscopi CP. de Festo S. Theodori. *In codice Regio* 143.

Narratio ex vita Theodori Sabaitæ, quam narrauit Theodosius Edellæ Stylites. *In codice Regio* 422.

Choniati Archiepiscopi Atheniensis de Cruce. *In codice Regio* 143.

Georgii Cyprii Archiepiscopi encomia varia. *In codice Regio* 1922. Eiusdem Cyprii Patriarchæ CP. encomia in S. Georgium, in S. Dionysium Areopagitam, & in sanctam Marinam extant *in codice mss. Residentiæ nostræ Constantinopolitanæ*, in quo post Synesii Ptolemaidis Ep. pleraque opuscula, continentur Monachi Theoduli Rhetoris Magistri 1. Declamationes Euphorionis Patris Cynægiri & Polemarchi Patris Callimachi: 2. Oratio ad Thessalonicenses de pace & concordia quæ incipit *ὅ μοι δοκῶ τῶν πάντων ἰδεῖν*, &c. 3. *πρεσβευτικὸς* seu oratio in legatione habita ad Imperatorem Andronicum Palæologum: 4. Encomium in sanctum Ioannem Prodromum seu Baptistam. 5. *προσφωνητικοὶ* tres, nempe magno Stratopedarcho Angelo, magno Logothetæ Theodoro Metochitæ, & Patriarchæ Constantinopolitano Niphoni: 6. ad Philosophum Iosephum *περὶ τῶν ἐν ἰταλοῖς καὶ Περσῶν ἐφόδῳ γεγενημένων*. 7. Eiusdem sermo in sanctum Euthymium Thaumaturgum

gum Episcopum Madytarum. 8. Encomium maris & vniuersæ aquarum naturæ, & quædam alia. Ferunt præterea in Bibliotheca quadam Italiæ latere Cyri Theodoli Magistri ad Athenienses in Olynthijs, de nauigatione è Thessalonica Byzantium, & rursum Byzantio Thessalonicam, de republica, & alia quædam.

Aphrodisiani Philosophi de Incarnatione Domini. *In codice Regio* 1045. & in aliis, quorum iam suprà mentio incidit.

Ioannis Phurnæ de Assumptione B. Virginis, seu de translatione Sacri corporis Deiparæ, quod surrexit ante communem resurrectionem. *In codice mss. G.* cum Theophanis Ceramei Homiliis & in *Regio* 801. in quo & aliæ plures Homiliæ.

Nicolai Cabasilæ in Assumptionem Domini, & in Annunciationem B. Virginis. *In codice Regio* 1579.

Pantaleonis Diaconi & Chartophylacis in sanctum Michaëlem. *In codice Regio* 1473.

Theodoti Monachi Encomium in Annunciationem B. Virginis. *In codice Regio* 800.

Martyrium & Encomium XL. Martyrum. *In codice Regio* 143. aliisque quampluribus.

S. GREGORII Acragantini, S. Alypij, S. Stephani Iunioris & aliorum Vitæ, ac Martyria SS. Platonis, Mercurij, Iacobi Persæ, &c. *Ex codice Regio* 738 at in *codice* 804. habentur Leontij Presbyteri in vitam & miracula Gregorij Agrigentini, Stephani Diaconi CP. de vita certamine & miraculis Stephani iunioris, sancti Nicolai Myrensis Episcopi vita & miracula, sanctæ Barbaræ martyrium, &c.

Stephani illius vitam Latinè vertit, edidítque omisso Græco textu V. C. Iacobus Billius Prunæus cum S. Ioannis Damasceni operibus anno 1577. Parisiis apud Guillelmum Chaudiere. Videndus etiam 148. *codex eiusdem Regiæ Bibliothecæ*, in quo Arsenij vita, Tryphonis Martyrium, Georgij Martyris acta, & alia in aliis, quæ si quis percensere voluerit,

Vere prius flores, æstu numerabit aristas,
Poma per Autumnum, frigoribúsque niues.

PRæstiterit sanè per otium & dedita opera texere omnium Sanctorum Sanctarúmque syllabum ordine Alphabetico, quorum vitas, Acta, Martyria, Encomia, seu Laudationes Græcè habentur in Regia, aliísque

Parisiensibus Bibliothecis. Quod, priusquàm fiat, de Simeonis Metaphrastæ mensibus nonnihil hoc loco præmittere decreueram.

Verùm, cùm nuper certò acceperim doctissimam V. C. Leonis Allatii de Simeonibus dissertationem breui Parisiensibus typis publicandam, eò Lectorem curiosum amandare satiùs iudicaui, quàm incondita oratione diutiùs eum in proponenda hac prima Antiquarum Lectionum Græcarum Parte demorari.

Accedamus ergò ad secundam Partem: quam maioris commoditatis causa in tres paragraphos distinximus.

In I. coniecimus ea opuscula quæ ad Sacræ Scripturæ intelligentiam conferunt.

In II. Polemica Græcorum aduersus Hæreticos opuscula, necnon eorumdem, tum inter se, tum cum Latinis ac pro iisdem altercationes.

In III. denique Ascetica quæ ad vitæ Spiritualis profectum & Religiosorum instituta reguláſque pertinent.





NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. GRÆCORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM GRÆCARVM

SECVNDA PARS.

Biblica & Theologica.

§. I.



EVSTATHII Antiocheni Archiepiſcopi in Hexaëmeron & Geneſin, cum Auctario hactenùs non edito, vſque ad Alexandri Magni tempora. *In codice Regio* 1027. vbi & Hiſtoria operum publicorum CP. ex Himerio Chartulario, & Theodoro Lectore; necnon Ecloga Chronicorum ab Adamo ad Michaëlem generum Nicephori Imperatoris ex Ioanne Hiſtorico, & alia excerpta ex Syncello & Theophane.

Catena SS. Patrum in Geneſin & Exodum. *In codice Regio* 810. *In codice* 219. habetur Catena in Pentateuchum.

In mſſ. 11. Catena in Octateuchum ex Acacio, Apollinario, Baſilio M. Clemente, Cyrillo Alex. Diodoro Tarſenſi, Euſebio Cæſ. Euſtathio Antiocheno, Gennadio CP. Gregorio Nyſſeno, Gregorio Theologo, Ioanne Chryſ. Ioſepho, Iſidoro Peluſiota, Seueriano Gabalorum, Theodoreto,

PROCOPII. Epitome Collectaneorum in Genesin & in Isaiam. *Ex codicibus mss.* I. II. aliisque, vt cum editis possint per otium conferri.

ORIGENIS Adamantii in Iobi historiam expositio. *Ex codice Regio* 1011. & aliis præsertim F. in quo subiiciuntur sancti Ioannis Chrysostomi in eundem Iobum Homiliæ quatuor. *In codice Regio* 952. sunt quædam fragmenta commentariorum eiusdem Origenis in Exodum, & in Cantica Canticorum: videndi quoque *codices* 209. 219. 537. 753. 2263. 2280.

Scholia Olympiodori, Polychronii, Didymi, & aliorum in Iobum. *In codice Regio* 2280. *& mss.* G. in quo expositiones in Prouerbia, Ecclesiasten & Canticum Cant. Salomonis. *In mss. H.* Catena in Iob, ex Apollinario, Basilio, Clemente, Cyrillo Alex. Dionysio Areopagita, Didymo, Euagrio, Eusebio Cæs. Greg. Nysseno Greg. Theologo, Io. Chrys. Iuliano Alex. Methodio Sidæ, Origene, Seuero Antiochiæ Ep. Theodoro Mopsuestiæ, Theophilo Alexandriæ, &c.

Catena SS. Patrum in libros Regum. *In codice Regio* 753.

Multorum scholia in Isaiam. *Ex codicibus Regiis* 1934. *& sequenti.* Eusebii in Esaiam commentarius Græcus dicitur alicubi delitescere.

Expositio Visionum Ezechielis. *In codice* 1595.

THEOPHYLACTI Archiepiscopi Bulgariæ expositio in Oseam, Ieremiam, Habacuc, Nahum & Micheam. *In codice mss. G.* cum eiusdem epistolis LXIII.

EPIPHANII in Nahum Prophetam. *In codice Regio* 142.

Incerti scholia in Psalmos, & in Cantica S. Scripturæ. *In codice Regio* 409. Catena in Psalmos. *In codicibus Regiis* 109. 211.

Nicephori Xanthopuli in Psalmos. *In codice Regio* 497. Eiusdem, alteriúsve Nicephori expositio in Psalmum octauum, habetur *in codice Naudæano* 72. Cyrus Theodorus Prodromus expositionis in Psalmos Epitomen ex Theodoreto scripsit, vt ex quodam mss. Indice didici.

EVTHYMII Zygabeni in Psalmos. *In codice Regio* 1016. *In mss.* S. 14. habetur eiusdem Authoris expositio tantùm in Psalmos LXXVI. priores.

Catena in Psalmos & in Cantica Mosis, Annæ, aliorúmque vtriusque Testamenti ex variis SS. Patrum fragmentis contexta, nimirum Apollinarij, Athanasii Alex. Basilij M. Cyrilli Alexandrini, Didymi Alex. Diodori Tarsensis, Eudoxii Philosophi, Eusebij Cæsariensis, Eutychii, Gregorii Nyssæ, Hesychii Presbyteri

Presbyteri Hierosolymitani, Hippolyti Episcopi, Ioannis Chrysostomi, Maximi, Nicolai Presbyteri, Origenis, Seueri Antiocheni, Theodoreti, Theodori Mopsuestiæ, Theodori Heracliæ, Victoris & alterius innominati.

Catena SS. Patrum in quatuor priores Psalmos. *In codice mss.* 32.

MAXIMI Confessoris in Psalmum LIX. 5. *In codice mss.* 18.

DEMETRII Chalcedonij in parabolas Salomonis : incipit : ὁ τῆς ὠφελείας μῦθος, &c. cum Polychronio Diacono in Ecclesiasten, &c.

PROCOPII Christiani Sophistæ in Cantica Canticorum epitome Eclogarum ex variis Patribus. *In codice Regio* 1263. in quo continentur eiusdem in Prouerbia, in Ecclesiasten, & Sapientiam Salomonis Eclogæ. *In cod. mss. G.* Habentur Procopij Sophistæ Christiani in Prouerbia Salomonis excerptarum expositionum Epitome, Neophyti Presbyteri Monachi & Reclusi Prolegomena in Canticum Canticorum, expositio diuersorum in Cantica Salomonis & de Prouerbiis dissertatio Anonymi.

THEOPHYLACTI Bulgariæ Archiepiscopi synopsis in Euangelia. *In codice mss. In codice Regio* 1801. habetur Epitome interpretationum eius. *In* 714. 519. 914. 1040. 1421. *&* 1782. Expositiones in Euangelia & sancti Pauli Epistolas.

Anonymi Commentarius in Matthæum, cum electis moralibus ex SS. Patribus in idem Euangelium. *In codice Naudæano* 8.

PETRI Laodiceni in Euangelium S. Matthæi. *Ex mss. R. P. Hieronymi Vignerij.*

ORIGENIS in Euangelium Marci. *In codice Regio* 1048. *& in fasciculo* 23. in quo Olympiodorus in Ecclesiasten, & quædam ad Græcorum Latinorúmque Controuersias spectantia.

VICTORIS Episcopi Antiocheni in Euangelium S. Marci cum catenis SS. Patrum in Matthæum, Lucam & Ioannem. *In codice Regio* 537. *Videndus etiam codex* 1058. Extat in Bibl. SS. Patrum ex Latina dumtaxat interpretatione Theodori Peltani Soc. nostræ Theologi.

Expositio in sancti Marci Euangelium, quam quidam tribuunt sancto Chrysostomo. *In codice mss.* 32.

TITI Bostrorum Episcopi in S. Lucæ Euangelium commentarius Græcè & Latinè iam vulgatus est, vt minus necesse sit eius hoc loco meminisse.

Incerti in Euangelium S. Ioannis. *In codice Regio* 1931.

Catena Græcorum Patrum in Euangelium S. Ioannis. *In codice*

Regio 159. Et in mss. H. ex Ammonio Presbytero, Antiocho Ptolemaïdis, Diodoro, Epiphanio Cypri, Isidoro Pelusiota, Iulio Episcopo Romæ, Origene, Seuero Episcopo Antiochiæ, Theophilo Alex. Theodoro Heracleota, Theodoro Mopsuestiæ, &c. Apollonio, Athanasio Alex. Basilio M. Cyrillo Al. Didymo, Eusebio Cæs. Gregoriis Nysseno & Theologo, Io. Chrysostomo, &c.

Scholia in Acta, Epistolas sancti Pauli, nec-non Canonicas & Apocalypsin. *Ex codicibus Regis* 423. *&* 607.

Scholia in sancti Pauli Epistolas *in codd. Regiis*, 505. 572. Item in *alio codice mss.* 10. Enarrationes in easdem Epistolas, cum variis scholiis in margine, ex Chrysostomo, Seueriano, Theodoreto, Gennadio, Oecumenio, &c. *& in mss. G.* Glossæ in omnes sancti Pauli Epistolas.

Catena in Epistolam ad Hebræos ex variis Patribus. *Ex codice Regio* 2219.

THEOPHYLACTI in Canonicas Epistolas *ex codice mss.* incipit: ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ Ἰωάννης ὁ τὸ εὐαγγέλιον γράψας, &c.

Commentarius in Iacobum fratrem Domini, & in Ioannem Theologum. *In codice Regio* 1079.

Expositio sacræ Scripturæ secundùm ordinem Alphabeti. *Ex codice mss. C.*

Poterunt iis addi Ecclesiasticorum Tractatorum varia in B. Virginem encomia, quamquam iam pleraque edita sunt. Ex his verò, quæ delitescunt adhuc in tenebris, proferentur in lucem.

S. IOANNIS Damasceni, λόγος εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, cuius initium. Λαμπρῶς πανηγυρίζει ὁ κόσμος σήμερον.

EPIPHANII Cypri Episcopi Encomium in B. Virginem quod incipit, τὰς ἐκλαμπούσας τῆς θεοτόκου ἀκτῖνας.

CYRILLI Alex. Patr. Homilia Ephesi dicta aduersus Nestorium, cuius initium: φαιδρὸς ἡμῖν ὁ λόγος. Eiusdem alia in Purificationem B. Virginis & occursum Domini IESV, quæ incipit, Πολλὴ μὲν λίαν ἡ σύνοδος καὶ περίδρομος ὁ ἀκροατής.

TARASII CP. Patr. sermo in B. V. ὅτι προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ βρεφάζουσα, cuius initium: φαιδρὰ καὶ παράδοξος ἡ παροῦσα πανήγυρις.

GEORGII Nicomediensis Metropolitæ sermo in occursum Domini, & Deiparam, sanctum Simeonem, sanctámque Annam, qui incipit: τὸ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως, &c.

SOPHRONII Hierosolymorum Patriarchæ in Annunciationem B. Mariæ Virginis sermo, cuius exordium ab iis ducitur verbis: Εὐαγγέλια, ἀδελφοί, εὐαγγέλια, καὶ πάλιν ἐρῶ εὐαγγέλια. οὐχ ὅτι πάντων εὐαγγελίων ἐστὶν ὑψηλότερα, θειότερά τε καὶ κομψότερα, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπεροχαῖς ἐξοχώτερα.

S. IOANNIS Damaſceni Monachi & Presbyteri, λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Cuius initium. Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλικὴ, καὶ ὑπέρξενος ἑορτή τις, καὶ πανήγυρις ὑπὲρ τὰς χρυσαυγεῖς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου ἐξέλαμψε. νῦν ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία νυμφικῶς ὑβρίζεται λίαν ἀγαλλομένη· νῦν οἱ φιλοθεάμονες καὶ πανηγυρισταὶ, &c.

S. ANDREÆ Hieroſolymitæ beatiſſimi Cretenſium Archiepiſcopi in Aſſumptionem ſeu Dormitionem B. Virginis ſermo, εἰς κοίμησιν τῆς πανενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, cui hoc exordium: οἱ τῷ ἐν πνεύματι θεωρίᾳ τῷ ἀΰλῳ καὶ καθαρωτάτῳ φωτὶ τοῖς ἀπλανοῦς ἐλλαμπόμενοι γνώσεως, καὶ τῶν ἀδιδάκτοις μυσταγωγίαις, &c.

S. IOANNIS Damaſceni in dormitionem B. V. tres orationes, quarum priores duæ Latinè duntaxat editæ, tum Baſileæ interprete Raphaële Volaterrano; tum Pariſiis interprete V. C Iacobo Billio pag. 390. & 386. editionis Calderianæ, hoc præferunt initium: Ἐστὶ μὲν ἀνθρώπων οὐδεὶς ὃς κατ' ἀξίαν τῆς θεομήτορος, &c. Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων γίνεται, φησὶν ὁ σοφώτατος Σαλομὼν, &c. Tertia, nec Latinè nec Græcè, quod ſciam, edita, ſic exorditur: Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐρωτικοῖς πρός τι διακειμένοις ἐπὶ γλώσσης ἀεὶ τοῦτο φέρειν, καὶ τῷ νῷ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν φαντάζεσθαι: ſed de iis plura in ſeparatâ, quam molimur, omnium eiuſdem ſanctiſſimi Theologi operum editione Græcolatinâ.

MODESTI Hieroſolymorum Archiepiſcopi encomium in dormitionem ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ ſempérque Virginis Mariæ, cuius initium ab hiſce verbis: Ἄφατος ἡ πανίερος γνῶσις τῶν πολλῶν ἑορτῶν τῆς θεομήτορος χειρὸς· ἐπὶ καὶ τὸ μυστήριον ὑπερένδοξον, &c.

§. II.

Inter Theologicos Tractatus locum hîc dabimus quibuſdam Græcorum recentiorum, tum inter ſe, tum aduersùs Latinos, Polemicis opuſculis, non quòd ea luce publicâ digna indicentur, cum veriſſimè dixerit V. C. Leo Allatius Græcus ipſe Chienſis, ac Græcorum omnium noſtræ ætatis eruditiſſimus in Diatribâ de Pſellis, eorúmque ſcriptis, PHOTII, CABASILÆ, PALAMÆ, NICOLAI *Methonenſis, aliorúmque, puta* CAMATERI, PHVRNII, MOSCHAMBARIS, BVLGARIÆ, PANARETI, *ac ſimilium, in Eccleſiam Latinam commentationes nugaciſſimas, non ſine tædio ac ſtomacho, ſe legiſſe: verùm vt eruditis Lectoribus Hiſtoriæ ac Theologiæ ſtudioſis certò conſtet, ſi quando ſeſe offerat de iis diſputandi ſcribendive occaſio, quibus in Bibliothecarum angulis in celeberrimâ Pariſiorum vrbe Lutetiâ, omnis elegantiæ atque eruditionis matre, delitеſcant in membranis veteribúſque chartis exarata.*

AMPHILOCHII Iconij Episcopi præter ea quæ iam edita sunt, extant *in codd. Regiis* 105. 275. 1818. 1387. contra Arianum Eunomium & Macedonium, in Natalem & Circumcisionem Domini, in quatrid. Lazarum, de pœnitentia & spe, &c.

ANASTASII Sinaïtæ Archiepiscopi Antiocheni Contemplationum Anagogicarum in Hexaemeron Mosis orationes vndecim. *Ex Apographo ms. codd.* 202. *&* 243. *Bibliotheca Bauaricæ, aut alterius cuiuspiam nobis incognitæ.*

Eiusdem expositio fidei orthodoxæ, *Ex codd. Regiis* 808. 1026. In alio codice memorantur de rectis apud nos veritatis dogmatibus quatuor sermones. Item sermo cùm ad suam rediret sedem: cum encomio sancti Nicolai Episcopi, in decollationem sancti Ioannis, in Annunciationem Deiparæ, & in Dominicam Palmarum.

Eiusdem variæ quæstiones & solutiones seu Theologicæ de variis argumentis, seu Physicæ de vitâ & morte. *In codd. Regiis* 938. 200. 1004. 1026. 1110. 2206. 2206. 1819. 1772. 1789. 1067. & in aliis mss. 43. 44.

Eiusdem quæstiones duæ I. si fortè rerum potirentur Iudæi, Infideles, aut Hæretici, an pro eis orandum in Ecclesiâ. II. de Iudæis vitâ functis ante aduentum Christi, an sint anathematizandi. *In codd. Regiis* 1819. *&* 1770.

Eiusdem Patriarchæ Antiocheni, Archiepiscopum non subesse iudicibus laïcis, sed maiori Archiepiscopo. *In codice Regio* 1026. Item narratio eorum, quæ in Synodo ab Orientalibus Episcopis gesta sunt in Perside. *In codice Regio* 1370.

Eiusdem quæstiones & responsiones duæ. I. in illud Prou. *Sapientia ædificauit sibi domum.* II. Quinam septem Lychni, quos vidit Zacharias Propheta. *In codice Regio* 1996.

Eiusdem de Fide redemptionis ad Ecclesiam, quæ est in Babylone. *In codice Regio* 1026.

Eiusdem in spiritum blasphemiæ. *In codice Regio* 932. & de tribus quadragesimis *in* 1770. *in* 1728. de verâ adoratione, *in* 1708. an quotidie communicandum corpori Christi, &c. eiusdem sanctissimi Viri opuscula, de quibus consule quæ ex R. P. Francisco Turriano refert Posseuinus sub finem secundi Tomi Apparatus Sacri.

ANDREÆ Archiepiscopi Cæsareæ quæstiones ex libro Therapeuticon: quò abeunt animæ post mortem corporis. *In codice Regio* 930.

ANDREÆ Hierosolymitani Archiepiscopi Cretæ orationes

seu

ſeu encomia pluримáque opuſcula deſcripta leguntur, *in codd. Regiis*, aliiſque. Quæ verò *in codice 919.* dicuntur eius & Hippolyti Papæ Prognoſtica, & Vaticinia varia, arbitror ſuppoſititia.

ANDREÆ Rhodij Latinij Apologia. *In codice Regio 1290.*

ARSENII Pergameni capita Antirrhetica. *In codice Regio 1761. in 2180.* ſunt Arſenij reſponſa ad Hæreticum quemdam de Spiritu ſancto.

BARLAAMI Monachi de proceſſione Spiritus ſancti contrà Latinos libri nouem, & de controuerſiis Græcorum & Latinorum libri xx. Item refutatio dogmatis Latinorum. *In codd. Regiis 800. 1026. 1290. 1377. 1897.* Quod Barlaam & Acindynus auctores ſunt diuiſionis Diuinitatis *in 1378.* Alius eſt à Barlaamo de Seminaria Hieracenſi Epiſcopo, de quo Henricus Caniſius Tomo VI. Antiquæ Lectionis.

BARSANVPHII, & Ioannis eius diſcipuli, Didaſcaliæ ſuper variis quæſtionibus Monachorum in regione Gazæ. Eiuſdem quæſtiones, & ad quendam ſenem ægrotantem. *In codd. Regiis 932. & 1760.* Verùm de his commodiùs agendum erit, tertia Parte noſtrâ Epiſtolicâ.

BESSARIONIS Archiepiſcopi Nicæni & Cardinalis, Dogmaticus, ſiue de vnione, refutatio eorum quæ ſcripſit Planudes, Apologia, & quæſtiones ad Plethonem, &c. *In codd. Regiis 901. 911. 1290. 1766.* Quædam ex iis Romæ aliiſque in locis fuerunt edita.

CONSTANTINI Pſelli expoſitio Fidei. *Ex mſſ. exemplari.*

CONSTANTINI de Papa Romano vnà cum Photio. *In codice Regio 5.*

CYRILLI ſolutiones quæſtionum Dogmaticarum Tiberij Diaconi. *in codice Regio 1026.*

DAVIDIS Diſhypati de blaſphemiis Barlaami & Acindyni ad Nicolaum Cabaſilam. *In codice Regio 692.*

DEMETRII Cydonæ, aduerſùs Palamam libri octo cum Apologiâ, &c. *In codice Regio 1412.* Verum, ne quid diſſimulem, tribuitur quoque Ioanni Cypariſſiotæ. Eiuſdem Demetrij vanum eſſe mortis metum *in 1759. 2016.* contrà Planudem *in 911.* Symbuleutici duo ad Romanos & Procemia duo in Chryſobullum monaſterij in Didymoteicho *in 1759.* De eiuſdem Epiſtolis ſuo loco. Nonnulla huius Auctoris opuſcula edidit Arcudius Romæ anno 1630.

DEMETRII Tornici de Spiritu ſancto. *In codice Regio 604.*

EVSTRATII Metropolitæ Nicææ expositio disputationis de Spiritu sancto cum Grosolano Archiepiscopo Mediolanensi. *In codice Regio* 604.

EVSTRATII Presbyteri Magnæ Ecclesiæ C P. liber aduersùs eos, qui negant animas post mortem operari, & viuorum suffragiis adiuuari. *In codice Naudæano* 30.

EVTHYMII Zygabeni Monachi Panoplia dogmatica *ex codice mss.* collato cum *Regiis* 455. 502. 901. & 1182. In XII. Tomo col. 536. Bibl. Morellianæ SS. Patrum Titulus dumtaxat XXIV. Partis II. editus est Græcè & Latinè.

Eiusdem contrà XII. capita Romanorum de processione Spiritus sancti. *In codice Regio* 1818.

GENNADII Scholarij Patriarchæ CP. dialogus contrà Iudæos, & interpretationes Prophetarum, de vnicâ viâ ad salutem, de fide Christianâ, de primo cultu Dei siue lege Euangelicâ, de prouidentia & prædestinatione, de vno in Trinitate Deo, de electione & vocatione ad Fidem Christianam, &c. *in codd. Regiis* 788. 889. 1816. *In codice* 2181. eidem tribuuntur & alia plurima, vt de rationali animâ, de statu animarum, de diuinis operationibus quomodò inuicem distinguantur, de vno Deo in Trinitate contra Atheos, de libero arbitrio, de vtilitate precum, de Humanitate Christi, &c. Visendus quoque *codex* 1765. in quo commentaria de nouo Latinorum Fidei dogmate, de libro Gemisti, de prouidentia Dei, quæstiones & responsiones de diuinitate Christi, de secundo aduentu Domini & resurrectione corporum, aduersùs Automatistas & Polytheos, de negatione Petri & Galli cantu, de horâ quâ crucifixus est Dominus, de arboribus in Paradiso, &c.

GENNADII eiusdem dialogus de Fide cum Mehemeth sermone Græco litterali, necnon Turcico, scripto tamen characteribus Græcis. *In codice Naudæano* 68. *In Regio* 1686. inscribitur de Fide ad Amurathem Mahometem. *In* 1004. Confessio Fidei Christianæ à Gennadio CP. & in eodem Vaticinium Constantinopoli repertum in columnâ marmoreâ à Gennadio Patriarchâ expositum. Adeundi quoque *codices* 808. *&* 1717. & Diatriba Leonis Allatij.

GEORGII Archidiaconi CP. de sancto Spiritu libri tres, cum refutatione trium Capitulorum Maximi Planudis, & scriptorum Manuelis. *in codice Regio* 1185. *In* 800. autem dicuntur esse Georgij Diaconi Metochitæ de processione Spiritus sancti libri quinque: Responsio ad tria capita, quæ proposuit Maximus Planudes, & Responsio ad ea, quæ scripsit Manuel Cretensis cognatus.

GEORGII Hieromonachi Protosyncelli aduersùs epistolam

Marci Ephesini. *In codice Regio* 2242. Eandem refutationem credo vidisse me *in mss. M.* cum sancti Thomæ quæstionibus aduersùs Græcos.

Georgii Gemisti Plethonis aduersùs Bessarionem, responsio ad eius quæstiones. *In codd. Regiis* 295. *&* 1769. In mss. altero 28. eiusdem Auctoris, necnon Marci Ephesij aduersùs Latinos quædam habentur opuscula, cum synodo Græca sub Andronico Palæologo. Gemisti Plethonis de virtutibus *in mss. O.* cum Zoroastris & Platonis dogmatum compendio, Descriptione Monachi, Tractatu de Zodiaco, Planetis, Sole, &c.

Georgii Scholarij operum aduersus Latinos Tomi duo. I. in sex partes diuisus. II. in quatuor. *In codd. Regiis* 2227. & 2239.

Relatio Georgii Scholarij & Clericorum Ecclesiæ CP. ad Ioannem Palæologum Imperatorem, cur non recipiant Decreta synodi Florentinæ. *In codice Regio* 901. in quo prætereà extant Ioannis Becci P. CP. Petri Abbatis, & Manuelis Calecæ tractatus de processione Spiritus sancti.

Georgii Trapezuntii aduersùs Græcos ad Ioannem Cubicularium. *In codice Naudæano* 45. *In Regio* 1242. extat eiusdem Protrepticus ad Ioannem Imperatorem Græcorum.

Germani Patriarchæ CP. Expositio Fidei. *In codice mss.* 51. *& in Regio* 1819. Expositio Fidei Latinorum missa à Gregorio Papâ ad Germanum CP. & Germani responsio ad eundem.

Germani Patriarchæ de Azymis ad Theodorum Studiten. *In codice Regio* 1819.

Gregoræ Patriarchæ CP. sermones tres de dogmate Becci. *In codice Regio* 572. *in* 1727. Gregorij Cyprij Patriarchæ Hierosolymitani expositio scripti contra Beccum & apologia eiusdem scripti; item Professio fidei, & alia ad Andronicum Palæologum Imp. *In codd. Regijs* 572. 608. 1334. 1761. 2180. *In* 1727. Caput XXXVI. ex Antirrheticis eiusdem aduersùs Beccum.

Epitome disputationis habitæ in Palatio inter Gregorium Thessalonicensem, & Gregoram Philosophum. *In codd. Regiis* 1379 *&* 1408. in quo & Hypotheses quædam Theologicæ, refutationes Acindyni & similia.

Gregorii Thessalonicensis Archiepiscopi de Processione Spiritus sancti. *In codd. Regiis* 692. 1408.

Eiusdem capitula CL. Physica, Theologica, Ethica, Practica, aduersùs Barlaamum *in* 1213.

Eiusdem de doctrinâ Acindyni ad Athanasium Archiepiscopum Cyzicorũ liber vnus, & confutationũ Acindyni libri septẽ. *In* 1408.

GREGORII Palamæ in Cyrillum. *In codice Regio* 507. *in* 1379. sunt refutationes Acindyni pro Palama.

IOANNIS Becci Patriarchæ CP. de Processione Spiritus sancti. *In codice Regio* 901. eiusdémque Dogmaticum *in* 1819. Conferetur cum editione Romana Petri Arcudij.

IOANNIS Camateri P. CP. responsio ad ea quæ scripta fuerant à Papa, & ad quæstiones propositas à Nerse Episcopo, necnon Catechetici duo. *In codice Regio* 1624.

IOANNIS Cantacuzeni ex-imperatoris transnominati Ioasaph Christoduli Monachi aduersùs Iudæos libri nouem, aduersùs Mahometem libri quatuor, & orationes quatuor in Muzulmanos. *In codice Regio* 281.

Eiusdem responsio ad Prochorum de lumine in monte Tabor. *In codice Regio* 508. & aduersùs Isaacum Argyrum Monachum. *In codice* 692. Item de dogmate Barlaami & Acindyni ad Paulum Patriarcham CP. *in* 1435.

IOANNIS Damasceni Introductio dogmatum ad Ioannem Laodiceæ Episcopum *In codice mss.* 7. in quo eiusdem Epistola de Trisagio & de natura composita aduersus Acephalos. *In codd. Regiis* quamplurima sunt eiusdem scriptoris monumenta, quæ cum vulgatis comparari poterunt, vt inde seligantur quæ nondum prodierunt, aut quod iampridem meditor, instituatur accurata omnium eius operum editio Græco-Latina, in tres Tomos diuisa: quorum Primus libros quatuor de Fide orthodoxa cum Commentariis Iodoci Clicthouei Neoportuensis Doctoris Parisiensis: Secundus eximium opus Eclogarum seu Collectaneorum ex Sacra Scriptura Sanctisque Patribus concinnatum, non quidem vt edidit Billius ex codice Cardinalis Caraffæ, inscripsitque Parallela, verùm vt habetur in præstantissimo illo mss. Codice membranaceo quantiuis pretij, quem Collegio nostro Claromontano donauit Eminentissimus Cardinalis Franciscus Rupifucaldius, vir omnium præconiis æternùm celebrandus: Tertius opuscula Philosophica & Theologica cum orationibus, Poëmatis, atque Historiâ Indicâ continebit. Faxit Deus Opt. Max. vt eruditissimi illius Theologi ac Theologorum parentis opera, quæ adhuc luctantur cum blattis, nancisci liceat, breuíque in omnium commodum, explosa Basileensi editione Græco-Latina mendosa atque imperfecta, Parisiensibus typis publicare.

IOANNIS Citrensis de consuetudinibus & dogmatibus Latinorum. *Ex codice Regio* 1290.

IOANNIS Monachi dialogus cum Marco Ephesio de processione

ne Spiritus ſancti. *In codice Regio* 1290. in quo & IOANNIS alterius Monachi Philagræ demonſtratio, in quibus diſſideant Græci à Latinis.

IOANNIS Cypariſſiotæ aduersùs Palamam libri octo. Item libri quinque aduersùs eundem, octo quoque Apologiæ, & in Palamitarum Apoſtaſiam libri tres. *In codice Regio* 1412. Sed vide quæ paullò ante de Demetrio Cydonio diximus.

IOSEPHI Bryennij de diuina energiâ, & de lumine in monte Tabor, & eiuſdemmodi alia. *In codice Regio* 507.

IOSEPHI Patriarchæ CP. Confeſſio. *In mſſ. O.*

ISAACI Catholici Magnæ Armeniæ ſermo Steliteuticus contra Armenios & eorum dogma, atque eiuſdem de xxx. eorum Hæreſibus. *Ex codice Regio* 696.

LEONTII Epiſcopi Neapolitani in Cypro ex libro quinto Apologiæ pro Chriſtianis contrà Iudæos, & de cultu imaginum. *In codice Regio* 1026.

MANVELIS Calecæ de Proceſſione Spiritus ſancti, & aliis pluribus aduersùs Græcos controuerſiis. *Ex codice mſſ. noſtro comparato cum codice Regio* 901. in quo & ſententia ſynodalis Ioannis Patriarchæ CP. cum ſynodicâ ſententiâ aduersùs Barlaamum & Acindynum, &c.

Eiuſdem Calecæ *περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας*. *In codice Regio* 1627. De eiuſdem Calecæ opuſculis duobus Latinè redditis à R. P. Iacobo Pontano Soc. IESV, nonnihil præmiſimus ad calcem II. Partis Antiquarum Lectionum Latinarum, pagina 36.

MANVELIS Chryſoloræ capita, quibus probatur Spiritus ſanctus & à Filio procedere. *In codice Naudæano* 32.

MANVELIS Chriſtonymi, An Virgo Deipara honoranda ſit præ Cherubinis. *In codice Regio* 1686. In ſchedis, quas penes me habeo, præfigitur hic titulus: *τοῦ μεγάλου ἐκκλησιάρχου Διακόνου τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων Μανουὴλ τοῦ Χριστωνύμου λόγος ἀποδεικτικὸς πρὸς τοὺς ἀπορρῶντας ἢ ἐξαλλοιοῦντας, πῶς ἡ Θεοτόκος τιμιωτέρα τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέρα ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ λέγεται· ὅτι εὐλόγως οὕτω λέγεται, καὶ κατὰ τὸν ἔξω λόγον, καὶ τῆς ἐκκλησίας.*

MANVELIS Magni Rhetoris Eccleſiæ CP. de Igne Purgatorio poſt mortem, necnon de Marco Metropolita Epheſi, de Florentina ſynodo, & contra Gemiſtum & Beſſarionem. *In codice Regio* 1816.

MANVELIS Palæologi Imp. dialogus cum Perſe quodam ſuper Religione Chriſtianâ diſputationibus XXVI. *In codice Regio* 1385.

Marci Alexandrini Patriarchæ quæstiones. *In codice Regio 912.*

Marci Ephesij, seu Metropolitæ, atque Archiepiscopi Ephesinæ ciuitatis, orationes de Purgatorio habitæ Ferrariæ ad Cardinales. *In codice Regio* 250. in quo etiam habentur eiusdem responsiones ad quæstiones Cardinalium, & de cõsecratione corporis Dominici. *In codice* 2016. Solutio duarum quæstionum à Rege propositarum *in codd.* 1819. 1290. 506. *&* 507. leguntur eiusdem Epistolæ ad orthodoxos, Epilogus aduersùs Latinos, Confessio Fidei, &c. *in* 1334. quædam in Georgium Scholarium, & similia quæ nemo digna iudicet, quæ prælo subiiciantur. *In mss. T.* habetur eiusdem ὁμολογία τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐκτεθεῖσα ἐν Φλωρεντίᾳ κατὰ τὴν πρὸς Λατίνους ψευδῆ τὴν σύνοδον. Incipit: Ἐγὼ ἐκ τοῦ θεοῦ χάριτι, &c.

Maximi Confessoris, & alterius Monachi multa habentur opuscula *in codd. Regiis, aliisque*, quæ examini & otio eruditi alicuius Interpretis relinquenda arbitror. De iis fortè plura aliàs.

Maximi Planudæ capita de Processione Spiritus sancti cum refutatione Bessarionis & Demetrij Cydonæ. *In codice Regio* 901. nec prætereundus *codex* 911. Ex iis nonnulla edidit Romæ Petrus Arcudius anno 1630.

Matthæi Monotropi contrà Latinos. *in codice Regio* 1307. An idem sit cum Matthæi Monachi libro contrà Latinos *in codice* 1026. nondum mihi perspectum.

Matthæi Monachi, eiusdem alteriúsve perinde mihi est, aduersùs Iudæos libri quinque. *Ex codd. Regiis* 788. *&* 1816. in quo & tractatus, quid sibi velit panis, qui offertur in memoriis defunctorum, & in Sanctorum feriis.

Modesti Archiepiscopi Hierosolymitani encomium in Dormitionem S. Mariæ Virginis, cuius initium: Ἀρεταὶ ἡ πανηγύρεις γίνωνται τῶν σεπτῶν ἑορτῶν, &c. *Ex codice mss.* Residentiæ CP. S. I. de quo cum aliis eiusdem generis & argumenti opusculis iam dictum est pag. 83.

Nicephori Patriarchæ CP. & Metrophanis Smyrnæ Episcopi, aliorúmque expositiones Fidei, cum responsis Gennadij Scholarij P. CP. ad Ameræ interrogationes de sanctâ Fide. *In codice Regio* 808.

Nicephori aduersùs Hæreticos libri duo. *In codice Regio* 781.

Nicephori Blemmidæ de Processione Spiritus sancti, eiusdémque ad Theodorum Ducam Lascarim de quibusdam quæstionibus dogmaticis. *In codice Regio* 1761. *in mss. N.* eiusdem oratio de Fide cum sancti Thomæ Ordinis Prædicatorum de processio-

ne Spiritus sancti, & excerptis de diuersis quæstionibus.

Nicephori Gregoræ, Dogmatici quatuor aduersùs Palamam, cum eiusdem Historia *In codice Regio* 1752. in eo verò qui præit 1751. habes Nathanaëlis Chumni tractatus Theologicos, Philosophicos, Ethicos, Chrysobulla & epistolas.

Nicetæ Chartophylacis Nicæni, quibus temporibus, & quibus de causis Ecclesia Romana secessit à Græcâ. *In codice Regio* 1334. In Sfortiana Bibliotheca fuisse dicitur Nicetas de azymis, & sabbatorum ieiunio, & nuptiis sacerdotum.

Nicetæ Metropolitæ Heracleæ responsiones ad Constantinum quendam Episcopum. *In codice Regio* 912.

Nicolai Methonensis Episcopi Syllogismi de Spiritu sancto, aduersùs Latinos & de Azymis. *In codd. Regiis* 250. 604. *&* 1761. *& in mss. M.*

Nicolai Cabasilæ Chamæræ de Gregoræ nugis, *in codice Regio* 1759. in quo præter cætera an sit κριτήριον τῆς ἀληθείας aduersùs Pyrrhonios, &c.

Nicolai Pepagomeni ad Gregorium Thessalonicensem, & ad Gregorium Palamam, *Ex codd. Regiis* 1379. *&* 1408. in quo Hypotheses Theologicæ, disputationes orthodoxi Theophanis cum Barlaamitis, Refutationes Acindyni, & similia.

Nili P. CP. sancti Ioannis Chrysostomi discipuli, multa latent opuscula in Parisiensibus aliisque Bibliothecis, quæ vt audio, parantur publicæ vtilitati ab erudito Interprete.

Nili Cabasilæ Thessalonicensis Enchiridium disputationum aduersùs Latinos. *In codice Regio* 1377.

Nili Monachi, anteà dicti Damylæ, collectanea ex SS. Patribus de Processione Spiritus sancti. *In codice Regio* 1290.

Nili Hieromonachi, qui & Nramyla, Patris spiritualis in S. Petra in monasterio Carcassenorum, tractatus ad Maximum, & præcepta de seruanda recta fide. *In codice Regio* 1819. Videtur idem cum superiore, & procliuis est admodum primæ consonantis in cognomine mutatio: quâ de re certiora expectamus ex Diatriba V. C. Leonis Allatij.

Petri Abbatis de Processione Spiritus sancti. *In codice Regio* 901.

Petri Chartularij Diaconi responsa ad diuersas quæstiones. *In codice Regio* 558.

Petri Latini Mediolanensis Episcopi, aduersùs Ioannem Phurnem de Spiritu sancto. *In codice Regio* 604.

Philothei Patriarchæ CP. aduersùs Gregoram libri xv. *In*

codice Regio 80. Eiusdem confutatio anathematismorum, *in codd.* 816. 1149. 1307. 2023.

Eiusdem aduersùs Acindynum de Diuinitate & Diuino lumine, ad Petriotem de vnicâ Diuinitate, ad Magnos Domesticos de Antiquâ circumcisione, & ad Potestates, *in codice Regio* 1752.

PHOTII Patriarchæ CP de Processione Spiritus sancti. *In codd. Regiis* 572. 1579. 1772. *&* 2180. in quo sunt eiusdem Photij, Eustathij, & Arsenij Monachi syllogismi de eodem argumento.

PROCHORI Cydonæ Monachi de lumine in monte Tabor, de energia & substantia Dei, cum excerptis ex sanctis Patribus, &c. *In codd. Regiis* 508. 692. cum Scholiis, *&* 1435.

SILVESTRI Papæ disputatio aduersùs Iudæos, & Capitula. *In codd. Regiis* 280. 957. 1026. & 1052.

SIMEONIS Iunioris Theologi, Præpositi sancti Mamantis, capitula Theologica quæstiones & responsiones, & alia pleraque. *In codd. Regiis* 944. 378. 1624. 1760. 1618. 2005. Eiusdem quoque quamplurima annotaui in Catalogis aliarum Bibliothecarum. Verùm breui prodibit Diatriba Leonis Allatij de Simeonibus, ex qua longè plura ac certiora haurire licebit, quàm ex arentibus hisce lacunis.

SOPHRONII Patriarchæ Hierosolymitani de Incarnatione vnius ex Trinitate. *In codice Regio* 2198. Eiusdem ad Sergium apologia *in* 1026.

STYLIANI de proprietatibus S. Trinitatis. *In codice Regio* 2216.

THADDÆI Pelusiotæ P. Hierosolymitani contrà Iudæos. *In codice Regio* 808. Eiusdem, alteriúsne Thaddæi sint experimenta seu practica *in cod.* 2068. ignoro.

Disputatio Abbatis THEODORI Græci cum Ioanne Scoto. *In codice Regio* 1600.

THEODORI Grapti de Fide orthodoxa contrà Iconomachos. *In codd. Regiis* 134. *&* 195.

THEODORI Metochitæ Logothetæ varia habentur *in codd. Regiis* 263. 288. & 800. præter Philosophica, quæ continentur *codicibus* 846. *&* 1414.

THEODORI Prodromi breuis enarratio ad quæsita Sebastocratorissæ. *In codice mss.* 24. Percurrendi quoque *codices Regij* 613. 1500. 2120. aliique.

THEODORI Studitæ libri tres, & nonnulla alia aduersùs Iconomachos. *In codice Regio* 709. in quo inter cætera legitur eiusdem Theodori Abbatis elogium.

THEOPHANIS Metropolitæ Nicæni contrà Iudæos libri sex. *In codd. Regiis 788. & 1806.*

Disputatio THEOPHANIS Orthodoxi cum Barlaamita & cum Theotimo, qui ab opinione Barlaamitanâ recesserat. *in codd. Regiis 1408. & 1379. in 2282.* Deum infundere animam in semen inanimatum Theophani adscribitur; sed quis ille sit, quóve tempore vixerit, mihi incompertum.

THEORIANI cum Græco quodam Dialogus aduersùs Armenos. *In codice Naudæano 53.* conferetur cum Theoriani orthodoxi, qui Manuelis Comneni Porphyrogeniti ad Armenos legatus fuit, cum eorum Catholico de rectâ fide colloquio, quod editum in Tomo I. Bibliothecæ Græco-Latinæ SS. Patrum pag. 439. & Tomo XI. Morellianæ p. 439.

ZACHARIÆ Scholastici Episcopi Mitylenensis dissertatio, Mundum à Deo esse creatum. *In codice Regio 1246. & in alio mss.* Editum iam esse arbitror Græcè & Latinè ex interpretatione Gilberti Genebrardi pag. 367. primi Tomi Bibl. Græco-L. SS. Patrum & Tomo XI. Morellianæ pag. 331. Si quid peculiare occurrat, Lectori significabimus.

Disputatio orthodoxi aduersùs Anomæum, & Macedoniani aduersùs orthodoxum. *In codice Regio 2180.* vbi & alia plura eiusdem generis.

Aduersùs Macedonium & Eutychen Tractatus duo Anonymi. *In codice Naudæano 61.*

Sententiæ Patrum de dogmatibus Fidei, collectæ vt nonnemini visum est, ab Anastasio Monacho. *In codice mss. o.* dicitur incerti collectio Theologica ex diuersis.

§. III.

AMMONÆ Abbatis opusculum de quatuor illis, quorum si vel vnum quis habeat, nec pœnitentiam agere potest, nec Deus eius orationem exaudit. *In codice mss. cui initium à vitâ Andreæ Sali.*

ANTIOCHI Monachi Lauræ Abbatis Sabæ Pandectes ad Eustathium Præpositum Monasterij Attalinæ qui iam editus est, extat *in codice Regio 700. in 331.* dicitur Monachus Lauræ Atalicæ, & opus diuiditur in capita cxxx. *in 939.* Antiochi Parænesis & Gnomæ: *in 1820.* capitula Ecclesiastica & Ethica. Lustrandi quoque *codices 537. 1745. & fasciculus 15.*

ARSENII & CHARITONIS Confessoris ad discipulos Didascaliæ & Paræneses. *In codice Regio 2226.*

S. ATHANASII Patr. Alex. Verba salutis ad Virginem capitulis 30. siue de Virginitate & Exercitatione spirituali. *Ex cod. mss.*

Eiusdem cap. 32. omnibus Renunciantibus, iisque qui saluari desiderant.

BARSANVPHII Responsiones ad variorum quæsita per Epistolas. *In codice Regio 932.* in quo Philothei de Præceptis diuinis, & Theoremata, Ethica, Physica, Theologica, atque Excerpta è variis. Videndus quoque codex 1760. de quo iam suprà & Parte III.

S. BASILII Epitimia, seu Canones Pœnitentiales pro Monachis compendiò traditi. *Ex cod. mss.* cui initium ab Oratione S. Damasceni de iis qui in fide dormierunt. Eiusdem quoque Pœnitentiale quotidianum pro Monialibus ex Canonario Ioannis Discipuli S. Basilij, vt quidem præ se fert titulus.

BASILII Monachi Præpositi Lauræ Malini Ascetica. *Ex codd. Regiis 378. & 2216.* Edidit Latinè Ingolstadij anno 1603. R. P. Iacobus Pontanus noster.

CHRYSOMALLI de Humilitate Christianâ. *In codice Regio 1728.*

S. DIADOCHI Episcopi Photices in vetere Epiro de Persecutione spiritali, capita centum. *In codice mss.*

DOROTHEI de sanctis Ieiuniis Homilia. *Ex codd. mss. 42. & Regio 143.* Eiusdem Ascetica *in 2215.*

ELIÆ Presbyteri Anthologia Gnomica capp. CCLI. *In codicibus Regiis 378. 765.* in quibus Nili de octo vitiis Principalibus, & Ioannis Carpathij, varia opuscula, &c. Florilegium sententiarum ex diuersis vocat qui Latinè edidit R. P. Iacobus Pontanus Societatis nostræ Presbyter doctissimus.

EPICTETVS Christianus. *In codd. Regiis 378. & 1662.*

ESAIÆ Abbatis Præcepta Nouitiis tradita. *In codice mss.* Eiusdem plurima opera deprehendi in Catalogo Bibliothecæ Card. Sirleti.

S. EPHRÆMI Paræneses seu Præcepta breuia. *In cod. mss.* in quo alia decem capitula de Disciplinâ Monasticâ & curatione cogitationum malarum.

EVAGRII Monachi Scithensis Ascetica & Ethica. *In codice Regio 444. In 1770.* Euagrij Gnomæ, de passionibus animæ rationalis, & ad Anatolium de peccatis principalibus. *In 1662.* περὶ ὀκτὼ λογισμῶν. Ex Euagrio fragmenta *in 932 & 2280.* Euagrij verò, qui dictus est Scholasticus, Historiæ Ecclesiasticæ libri sex *in 2051.* Vidi & Tractatum eidem adscriptum περὶ διαφόρων λογισμῶν in capitula 50. distributum.

GEORGII Gemisti Plethonis de virtutibus *in codice Regio 2016.* cum Lamentatione super Hypomone & Cleope Reginis.

GREGORII Thessalonicensis Archiepiscopi ad Xenam Monacham de passionibus & virtutibus, & de iis, quæ per otium cogitatio parit. *In codice Regio 615.* in quo & eiusdem Homiliæ in Demetrium Martyrem, de mutua concordia, in Publicanum, in Prodigum, de secundo aduentu Domini, de misericordia & beneficentia, &c. Eiusdem post aduentum Christi præmia bonorum maiora, & supplicia malorum grauiora fuisse. *In 1379.* cum aliis, vbi additur, recitari Dominica *πρὸ τῆς τῶν προπατόρων.*

HESYCHII Hierosolymitani, Presbyteri Gnomæ. *In codice Regio* 1128. eiusdem *ἑκατοντάδες δύο περὶ νήψεως καὶ ἀρετῶν*, ad Theodoretum, quæ extant *in codd. Regiis 932. 1658. 2005.* iam vulgatæ sunt. Eiusdem de inferno nonnihil habetur *in codd. 1760. & 2005. & in 374.* Conciliatio Euangelistarum de Resurrectione Emanuelis.

IOANNIS Carpathiorum Episcopi ad Monachos ex India capitula Ascetica centum. *In codd. Regiis 378. 944. 994. 1025.* Sunt eiusdem & alia capitula Ecclesiastica CXVII. quæ fortè conueniunt cum iis quæ Latinè vulgauit noster Iacobus Pontanus. Certè CCXVII. ipse numerat *ex codice Augustano* corrupto, alterius dimidij litteris humore exesis.

IOSEPHI Racendytæ de vita practica & cōtemplatiua. *Ex mss. R. 84.*

S. ISAAC Noui Pauli capitula parua 89. *Ex codice mss.* In alio quoque, cuius exordium Oratio S. Damasceni de iis qui in fide dormierunt, Abbatis Isaaci Syri nonnulla sunt fragmenta, de Contemplatione, de Puritate, de iis quæ à Deo petuntur, de sufferendis tentationibus & tribulationibus, de differentia lacrymarum, &c. cum Scholio Anastasij Monachi Sinaïtæ, de mirabilibus rerum creatarum, de ordine Monasticæ disciplinæ, &c. cum eiusdem Admonitionibus & Præceptis. In codd. Bibliothecæ Sirletianæ, vt ex Mss. indice didici à Gerardo Vossio olim descripto, Isaaci Syri Abbatis & Anachoretæ Episcopi Niniues *πρόλογος εἰς τὸν αὐθ' ὅμοιον βίον*, & orationes siue opuscula numero 57. quorum catalogum, quòd prolixior sit, in aliud tempus distuli. In Sfortianâ fuisse dicitur Isaacus Ascetes de virtutibus Monachorum cum Basij Hierosolymitani Martyrologio, &c.

LEONIS Imperatoris Orationes triginta tres habentur *in codice Naudæano 23.* quarum tantùm nouem dicuntur editæ. In alio codice mss. N. legitur eiusdem Imp. de virtutibus & vitiis opusculum, siue *περὶ γεωργίας τῶν ἀρετῶν οἰκονομικὴ ψυχῶν ὑποτύπωσις.* R. P. Iacobus Pontanus edidit Latinè eiusdem Imp. Canticum Compunctionis, quod Græcè exhibebimus, *ex codice Regio 1820.* vt dicemus in Coronide metricâ.

MARCI de Pœnitentiâ & sermo admonitorius ad Nicolaum quendam amicum. *In codice Regio* 944. Marci Abbatis de lege spirituali Hecatontades quatuor *in cod.* 948. κεφάλαια ωτ̄ικά, & eiusdem de Paradiso, de lege spirituali, de iustificatione ex operibus, de pœnitentia, & de baptismate, *in codice* 1658 sed de iis, Vide Tomum I. Bibliothecæ Græco-Lat. SS. Patrum, & XI. Morellianæ, pag. 869.

S MAXIMI Confessoris Asceticus, Parænesis ad Georgium Africæ Præfectum, de voluntatibus & operationibus capitula decem, & alia *in codice Regio* 378. Eiusdem de animâ *in codice Naudæano* 41. Plura de eo suo dicentur tempore.

METHODII Episcopi Patrensis, seu Patarensis potiùs, Symposion decem Virginum. *In codice Naudæano* 71. Vide *Regios* 720. 1255. *&* 1026. in quo etiam nonnihil decerptum habetur ex Methodio Philippensi.

Mosis Abbatis capitula septem missa ad Abbatem Pœmenem. *In cod. mss.*

NECTARII primo sabbato Ieiuniorum Homilia, & alia de S. Theodoro. *In codice mss.* 42. *& in Regiis* 143. 374. 276.

NICEPHORI Blemmydæ Monachi & Presbyteri, de Imperatoris Institutione. *In codice Naudæano* 26. In alio mss. sermones tres ex eius Typico, de Fide, de Virtute, de Animâ, qui etiam dicuntur Instructionis ad Monachos libri tres.

NICEPHORI Gregoræ Florentius dialogus de Sapientia. *In codice Regio* 2259.

NICEPHORI Monachi de custodiâ cordis. *In codd. Regiis* 932. *&* 2005.

NICEPHORI C P. Confessoris Canones ex ipsius Constitutionibus. *In codice Regio* 912.

NICETÆ Presbyteri Studitæ capitula Gnomica & Physica tribus centuriis. *In codice Regio* 944. In Sfortianâ fuisse perhibentur Nicetæ Monachi de anima, de Paradiso contemplatio, epistolæ, & de Hierarchiis.

NICOLAI Cabasilæ Chamaïtæ Sacellij Curatoris, quatuordecim sermones, & alia opuscula. *In codicibus Regiis* 1033. 1759. 1307. 1379. cum eiusdem Epistolis. Eius expositio S. Liturgiæ iam edita est. In codice iam dicto 1759. dicuntur esse septem libri eiusdem Cabasilæ de vitâ in Christo. Sex dumtaxat Latinos fecit R. P. Iacobus Pontanus.

NICOLAI Studitæ & PARTHENII Lampsaceni Homiliæ. *In codice Regio* 106.

Nili Patriarchæ CP. opera varia *in codd. Regiis* 378. 498. 615. 952. 933. 944. 722. 1067. 1662. 1381. 1387. 1788. 2005. 2218. &c. de Nili Hieromonachi præceptis de seruandâ rectâ fide diximus superiori §. Vidi & opusculum eiusdem Nili hoc titulo. *Σκέμματα τοῦ ἁγίου Νείλου εἴ τι βούλοιτο ἰδεῖν τὰ τοῦ χαλάζαν.* Neque verò abs re fuerit duo hæc in eius Sancti laudem disticha ex *codd. Regiis* præmittere.

Νεῖλος μὲν ἄρδει τῆς αἰγύπτου τὰς γύας·
ΝΕΙΛΟΣ *δὲ πιστῶν ἐκπαίει καρδίας.*
Νείλου μὲν ποταμοῖο ῥόος χθόνα οἶδε ποτίζειν·
ΝΕΙΛΟΥ *δ' αὖ Μονάχοιο λόγος φρένας οἶδεν ἰαίνειν.*

Multa quoque eiusdem sancti Archimandritæ opuscula erant in Bibl. Sirletianâ, quæ aliis memoranda relinquo.

Regula Monachorum quam Angelus Domini tradidit S. Pachomio in tabula æreâ. *In codice mss.*

Pavli Monachi Fundatoris & Præpositi Monasterio B. Mariæ Euergetidis Collectanea Ascetica. *In codice Regio* 1787.

Petri Eremitæ Asceticus practicus, & alia. *In codice Regio* 1386.

Philemonis Abbatis Præcepta Ascetica, Maximi Asceticus per interrogationes & responsiones, & N... Metropolitæ Chalcedonensis exhortationes ad quandam Ascetriam. *In codice Regio* 1818.

Philothei de Præceptis Domini capitula 21. *In codice Regio* 853. Eiusdémque Monachi Sinaïtæ capitula 40. de Continentia & Sobrietate.

Poemenis Abbatis Interrogationes: *Ex codice mss. in Fasc.* 40.

Ptochoprodromi querela ad Comnenum aduersùs Præpositos. *In codice Regio* 1334.

Præcepta Salomonis quadraginta, excerpta ab amicis Ezechiæ Regis, cum Paraphrasi. *In codice Regio* 278. in quo Salomonis Prouerbia cum interpretatione variorum, Ecclesiastæ expositio ex Gregorio Nysseno, Gregorio Theologo & Maximo, Cantica Canticorum cum interpretatione Nysseni, Cyrilli, Nili & Maximi, &c.

Simeonis Iunioris Theologi Præpositi cœnobij S. Mamantis capitula Theologica, Practica, Gnostica, Ethica, necnon de pœnitentia & perfectione vitæ Monasticæ, & plura alia habes, *in codd. Regiis* 378. 944. 1818. 1624. &c. Latinam interpretationem dedit R. P. Iacobus Pontanus, quam cum Græco textu comparare non pigebit ac publicare.

Simeonis Magistri Logothetæ collectio ex Ethicis S. Basilij

titulis xxiv. *In codice Regio* 1205. Edita est.

SIMEONIS Thessalonicensis expositio Liturgiæ. *In codice Regio* 1772.

STEPHANI Abbatis Præcepta 10. Monachis data. *In codice mss.* in quo & Basilij Magni Præcepta ad Iuniores, & alia.

THEODORI Edesseni capitula Ascetica cxxx. *In codice Regio* 378. *& in C.mss.* Longè diuersa sunt à L. eiusdem alteriúsve cognominis Abbatis capitibus editis anno 1603. à R. P. Iacobo Pontano S.I.P.

THEODORI Lascaris de Trinitate, de virtute, de ieiunio, Ethicorum epitome, Sapientiæ encomium, in S. Euthymium, sanctósque Anargyros, &c. *In codice Regio* 1031.

THEODORI Metochitæ Doxologica encomia xx. *In codice Regio* 288.

THEOPHILI Patriarchæ Alexandrini oratio, cui rei humana vita similis sit. *Ex codd. Regiis* vulgata est & Latinè reddita anno 1608. à Federico Morello, leuibúsque pro more foliolis commissa.

ZOSIMI Abbatis sermo. *In codice Regio* 932. inscribitur τοῦ Αββᾶ Ζωσιμᾶ λόγος θαυμασιώτατος.

INCERTI de humanæ vitæ miseria, de Fide Christianâ, de variis ætatibus hominis, & de Vita B. Virginis. *In codice Regio* 2281.

INCERTI Dissertatio breuis de Prouidentia addita Commentariis Syriani in aliquot libros Metaphysicorum Aristotelis, *in codice primo mss. Græco Bibliothecæ V. C. Gabrielis Naudæi Parisini.*

Disputatio animæ & corporis libris quinque. *In codice Regio* 624. in quo Germani Gabalorum, siue Zebel Episcopi, de denominatione hominis.

Enchiridion Pœnitentiale mixobarbarum, sed optimæ notæ. *In codice Naudæano* 59.

Enchiridium Ecclesiasticum, necnon Christianum, cum interpretatione. *In codd. Regiis* 944. *&* 2218.

Enchiridium seu Præcepta Patrum capitulis LXX. *In codice Regio* 1624.

Dicta variorum Patrum. *In codice Regio* 932.

Anthologicon Ethicum ad Eliam Presbyterum. *In codice Regio* 944.

Sententiæ & Apophthegmata per Alphabetum. *In codice mss.* 44. in quo & Nicephori Patriarchæ Onirocriticon, & quædam alia.

Interrogationes & responsiones Asceticæ. *In codice Regio* 932.

Exhortationes Asceticæ cum Paradiso. *in codice Regio* 1060.

Instructio vitæ Monasticæ cum Horologio Monastico. *In codice Naudæano 77.*

Monachorum quorumdam extra ciuitatem Acoumiorum quæstiones, & ad eas responsa Synodi, sub Nicolao Patriarchâ, & Alexio Comneno. *In codice Regio 912.*

THEODORI Prodromi expositio Canonum in Domini nostri Iesu Christi Festa, auctoribus Cosma & Ioanne Damasceno, cum Nicephori Blemmydæ Canone & Iambis in sanctum Gregorium Theologum, & Nicetæ expositione Tetrastichorum eiusdem Nazianzeni aliisque *in codice mss. N. & in O.* Enarratio Sacrorum Carminum seu Tropariorum Andreæ Archiepiscopi Cretæ ad Riginum.

Liber precum per anni decursum. *In cod. mss. 91.*

Formulæ variarum precum, Symbolum, Hymni, Troparia, &c. *In codd. Regiis 928. 944. ac plurimis aliis:* dies enim me deficiet, si persequi velim minutatim, quæ in ditissimo penu Bibliothecæ Regiæ continentur, Adespota opuscula.





NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. GRÆCORVM,

SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM GRÆCARVM

TERTIA PARS.

Epistolica & Diplomatica.



LPHABETI *ordinem hîc seruabimus, neque, vt in Latinis Lectionibus Antiquis præstitimus, Epistolas ac Diplomata decem in sectiones seu capita diuidemus.*

ADELGERI Episcopi ad Honsudam reclusam epistola. *in codice Regio* 2187 in quo Paphnutij vita, & alia.

ÆSCHINIS, & diuersorum epistolæ. *In codice Regio* 1327. Vide pag. 36. & seqq. editionis Geneuensis Græcarum Epistolarum.

ALEXII Gallipolitani Episcopi epistola consolatoria ad Georgium Cardinalem Vlixiponensem. *In codice Regio* 912.

ANDRONICI Callisti ad Georgium Palæologum. *In codice Regio* 955.

ANTIOCHI Patriarchæ epistola ad Episcopum Gradensem, siue Aquileiensem; inauditum esse nomen Patriarchæ Aquileiensis, & de Azymis. *In codice Regio* 912.

A-N-

ANTONII Patr. CP. epistola ad Dorotheum Monachum. *In codice Regio* 1760.

APOLLONII Thyanei epistolæ. *In codice Regio* 2179. Editæ sunt cum epistolis diuersorum Græcorum pag. 120.

ARSENII Monembasiæ Episcopi ad Rodulfum Cardinalem epistola. *In codice Regio* 1884.

ARSENII Studitæ ad Gregorium Palamam epistola. *In codice Regio* 1408.

ARTAXERXIS Epistolæ. *In codice Regio* 1327. *Videndus &* 1500

BARSANVPHII & Ioannis eius discipuli Responsiones & Didascaliæ ad quæsita variorum per litteras, siue Epistolarum Asceticarum libri sex. *In codice Regio* 1610.

BESSARIONIS Cardinalis epistolæ tres: vnà ad Andronicum Callistum Philosophum, altera ad Michaëlem Apostolium, tertia ad Plethonem cum eiusdem Plethonis responsione. *in codd. mss. N.* 29. *& R.* 24.

Eiusdem Cardinalis & Patriarchæ C P. epistolæ *in codd. Regiis* 1500. *&* 1530.

CONSTANTINI Lascaris epistola. *In cod. mss.* 29.

DEMETRII Cydonæ duæ epistolæ ad Philotheum Patriarcham: *In codice Regio* 1334. Aliæ quoque visuntur & longè plures eius epistolæ, *in* 1759. in quo & alia eiusdem Scriptoris opuscula.

DEMETRII Epistolæ. *In codice Regio* 1327.

DIOCLIS Epistola ad Antigonum Regem, vnde morbi oriantur, & quæ remedia adhibenda. *In codice Regio* 1047.

DIONYSII Sophistæ Epistolæ. *In codice Regio* 2257. Editas arbitror cum diuersorum Græcorum epistolis à pag. 448.

DOMINICI Venetiarum Patriarchæ Epistola ad Patriarcham Antiochenum, & PETRI Patr. Ant. ad Dominicum responsio de dignitate Patriarchatus eiusdem, quo tempore Argyrus Italicus negotia Græcorum detexit. *In codd. Regiis* 1004. *&* 1605.

GENNADII Scholarij P. CP. Epistola ad Maximum Monachum, qui & Stephanus seu potius Sophianus, & ad omnes Hieromonachos & Monachos, qui in monte Sina. *In codice Regio* 1819.

Eiusdem Epistolæ ad Metropolitam Ephesi & alios. *In codd. Regiis* 1686. *&* 1765.

GEORGII Amuruthæ ad Bessarionem Cardinalem. *In codice Regio* 295. in quo etiam Georgij Gemisti Plethonis epistola aduersùs eundem Bessarionem.

GEORGII Gemisti Plethonis epistolæ, *in Fasciculo* 26. *Bibl. Regiæ.*

GEORGII Lecapeni epiſtola. *In codice Regio* 1884. Eiuſdem & Andronici Zaridæ epiſtolæ, *in alio mſſ. S.* 87. cum Scholiis, in quo Libanij epiſtolæ à 4. ad 262. & Prouerbia Georgij Cyprij Patr.

GEORGII Monachi epiſtolæ ad Arſenium & ad Paulum Aſanen. *In codice Regio* 1408.

GEORGII Trapezuntij ad Anonymum & Anonymi ad eundem epiſtolæ. *In codice mſſ.* 29.

GREGORII Papæ ad Iſaurum Leonem Imperatorem, & ad Germanum CP. Epiſcopum epiſtolæ. *In codd. Regiis.* 143. 276. 1026.

GREGORII Cyprij P. CP. ad Andronicum Palæologum epiſtola, & plures ad alios, *in codd. Regiis* 572 608. 13334. 2180.

GREGORII Theſſalonicenſis epiſtolæ ad Annam Palæologam Imperatricem, ad Ioannem Gabram, ad Danielem Metropolitam Æni, & Acindynum. *In codice Regio* 1408. in quo & alia eiuſdem opuſcula.

HIEROCLIS epiſtola ad Titum de ſignis & notis equorum *In codice Regio* 195.

IAMBLICHI reſponſio Abamonis nomine ad Epiſtolam Porphyrij. *In codice Naudæano* 14. Hæc verò conuenit cum editione Latina, verborum ac ſententiarum ordine mutato.

INCERTI Monachi epiſtola ad Philoponum Monachum genere Charmanitam. *In codice Regio* 613 in quo ITALICI epiſtola ad Prodromum Philoſophum, & Prodromi reſponſio ad Italicum. *In codice* 1067 Incerti epiſtolæ duæ.

INCERTI quoque alterius epiſtolæ ad Euthymium Patriarcham, ad Cabaſilam, ad Chryſoloram, ad Cydonen, & complures alios, cum epiſtolari libello ad Cabaſilam, & tribus epiſtolis ad Alexium Iagoub, ad Andream Azanem, & ad Demetrium Cydonem. *In codice Regio* 791.

IOANNIS Papæ ad Photium P. CP. epiſtola. *In codd. Regiis* 56. & 1387.

IOANNIS Camateri P. CP. epiſtolæ *In codice Regio* 1619.

IOANNIS Metropolitæ Ruſſiæ epiſtola ad Clementem Papam. *In codice Regio* 1652.

IOANNIS Tzetzæ Epiſtolę CVII. *In codicibus Regiis* 902. 1350. & *alio mſſ. C.*

IOANNIS ZONARÆ Drungarij Biglę ſiue Excubiarum ac Monachi, epiſtolę dogmaticę numero 46. aut 47. *In codice Regio* 1109. & *alio mſſ. E.*

LAZARI Metropolitę Lariſſę Epiſtola. *In codice Regio* 56.

LEONIS Archiepiſcopi Bulgarię & Protoſyncelli, ad quen-

dam Episcopum epistolæ tres de Azymis, & Sabbatis. *in codice Regio* 1996.

LIBANII Epistolæ DCCCXCVI. *In codice Regio* 1707. Videndi quoque sunt & alij codices, præsertim 265. 608. 632. 1741. 1897. 2016. 2253. *In quodam mss.* 87. continentur à 4. ad 261.

LYSIDIS Pythagorei epistola ad Hipparchum. *In codice Regio* 487.

MAXIMI Epistola ad Marinum Cypri Presbyterum. *in codice Regio* 56.

MAXIMI Monachi in orationem Dominicam epistolæ quinque. *In codice Regio* 1621. in quo Maximi Abbatis centuriæ vndecim, &c.

MICHAELIS Cerularij P. CP ad Petrum Patriarcham Antiochenum. *In codice Regio* 1605.

MICHAELIS Monachi epistola ad Archiepiscopum Tyri. *In codice Regio* 1662.

NATHANAELIS Chumni epistolæ CLXXII. *In codice Regio* 1751. in quo & alia eius opuscula, de quibus nonnihil diximus paullò ante pagina 89.

NAVCRATII epistola ad tres fideles in persecutione. *In codice Regio* 274.

NICETÆ Scutariotæ epistolæ. *In codice Regio* 594.

NICOLAI V. Papæ Epistola ad Constantinum Palæologum Imp. CP. Græcè reddita à Theodoro Gaza, quæ in mss. pluribus visitur, ab Arcudio Romæ vulgata est.

NICOLAI Hydruntij, seu Nectarij epistola ad Sacerdotes Orientis. *In codice Regio* 2198.

NICOLAI Pepagomeni ad Gregorium Thessalonicensem, *in Regio* 1379. & ad Gregorium Palamam *in* 1408.

NICOLAI Sclengiæ rescriptum ad Esaiam. *In codice Regio* 1818.

NICOLAI Secundini ad Andronicum Callistum Philosophum epistola. *In mss. N. & R.* 24.

S. NILI Archiepiscopi CP. multæ habentur epistolæ *in codd. mss.* quas audio typis parari ab erudito Interprete.

NILI Episcopi epistola capitulis LIII. *In codice Regio* 1788.

NILI Thessalonicensis ad Nicolaum Cabasilam eiusdémque NICOLAI epistolæ. *In codice Regio* 1759.

OLYMPIODORI Philosophi ad Petasium Regem Armeniæ. *In codice Regio* 618. in quo Chymici Authores quamplurimi.

Fragmentum Epistolæ missæ ad Theophilum, à PATRIARCHIS Alexandrino, Antiocheno & Hierosolymitano. *In cod. Regio* 276.

PETOSIRIS epistolæ ad Regem Necephso de mense bono & malo, de decubitu, &c. *Ex codd. Naudæanis 17. & 65. & Regio 145.* Eiusdem Petosiris & Mercurij Trismegisti canonia *in Regio 42.* cum epitome ex Pancharij scriptis de decubitu ægrotantium, &c.

PETRI Antiocheni epistola Episcopo Βενδίων Ἐπαλγγένης, *in codice Regio 1652.*

PHOTII Patriarchæ CP. epistolæ plures viginti habentur *in codice Regio 2088.* in quo Antonini Imp. epistola ad Euxianum Pamplionem, Alciphronis Rhetoris epistolæ, &c. An differant à Montacutianis nuper vulgatis expendemus per otium. Accepi in mss. codice reperiri eiusdem Epistolas 47. quarum prima ad Tarasium fratrem, cum Homiliis & Compendio Historiæ Philostorgij.

SIMEONIS Euchaitarum Metropolitæ epistola ad Ioannem Monachum. *In codice Regio 2281.*

THEODORÆ Imperatricis epistola ad Belisarium. *In codice Regio 956.*

THEODORI ad Demetrium epistolæ, & collectio epistolarum Theodori, quæ ad cultum Imaginum pertinent. *In codd. Regiis 295. & 709.* In Bibliotheca Sfortianâ fuisse perhibentur Theodori Archiepiscopi Cæsariensis epistolæ quinque, Simonis Magistri nouem, & Nicolai CP. septem.

THEODORI Studitæ Epistolæ, *Ex codd. Regiis 709. aliisque* exscriptæ à R. P. Iacobo Sirmondo & Latinè redditæ fermè omnes. Verùm fortè satius fuerit vnà cum aliis Auctoris illius sanctissimi operibus hinc inde collectis, vnum in corpus seorsim compingere.

THEOPHANIS Medææ Metropolitæ epistolæ octo. *In codice Regio 2282.*

THEOPHYLACTI Bulgarorum Archiepiscopi epistolæ. Comparabimus Græcam editionem Lugduno-Batauam Ioan. Meursij cum *mss. codice* 4. atque interpretationem addemus à R. P. Iacobo Sirmondo iam olim concinnatam, cùm Romæ versaretur, in gratiam Eminentissimi Cardinalis Baronij, Sacrorum Ecclesiæ Annalium Scriptoris accuratissimi.

THOMÆ Patriarchæ Hierosolymitani epistolæ de rectâ fide ad hæreticos Armenos. *In codice Sfortianæ Bibliothecæ* latuisse ex mss. Indicibus didici, neque in Parisiensium Bibliothecarum Catalogis hactenus deprehendi.

NO-



NOVÆ BIBLIOTHECÆ MSS. GRÆCORVM, SIVE SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM GRÆCARVM QVARTA PARS.

TECHNICA ET PHILOLOGICA.

SECTIO PRIMA.

Quæ ad Grammaticam artem pertinent.



AMMONII de acyrologia. *Ex codice mss. R.* 24. in quo & eiusdem Auctoris libellus de similibus & dissimilibus seu differentibus vocibus, qui etiam habetur *in codice Regiæ Bibliothecæ* 1500. & Lexicis siue Dictionariis Græcis adiungi solet.

ANASTASII Sinaitæ Etymologicum. *In fasciculo* 29. *Bibliothecæ Regiæ.*

APOLLONII Dyscoli Alexandrini Grammatici syntaxis, & alia opuscula Grammatica. *In codd. Regiis* 906. 925. 1626. *& fasciculo* 29. Ex iis, si quid lucis editioni Græco-Latinæ Francofordiensi, anno 1590, in 4. cum excerptis è Chrestomathia Procli publi-

catæ accedere queat, non grauatè subministrabimus.

ARCADII Grammatica libris XIX. *In codice Regio* 450.

ARISTARCHI Grammatici Canonum Thesaurus. *In codice* 6. *Regiæ Bibliothecæ*.

CHRISTODVLI de syntaxi per ordinem Alphabeti. *In codice Regio* 1538.

CONSTANTINI Lascaris Grammatica *in codice Regio* 1127. *In* 1538. Constantini Lascaris Byzantini de syntaxi. *In mss. R.* Constantini Byzantij de Barytonis & Circumflexis.

ERANII Philonis de differentiis vocabulorum per Alphabetum. *In codice Regio* 901.

EVSEBII, STEPHANI, & CYRILLI Lexica, & alia, *in mss. M.* de quibus aliàs enucleatiùs, fusiúsque.

GEORGII Chœrobosci Doctoris Oecumenici Orthographia. *In codice Regio* 871. Eiusdem de dialectis, &c. 593. explicationes vocabulorum Psalterij 1134. regulæ Grammaticæ & similia 1657. 1916. *& fasciculo* 29. Scripsit etiam librum de Tropis, siue figuris Rhetoricis, & alia pleraque, quæ qui scire voluerit & contumeliosi in speciem cognominis rationem addiscere, consulat eximiam V. C. Leonis Allatij Diatribam de Georgiis & eorum scriptis post Georgij Acropolitæ Historiam, Ioëlis Chronographiam compendiariam, & Ioannis Canani narrationem de bello CP. Luparensibus Regiis typis ab hinc aliquot menses vulgatam.

GEORGII LECAPENI Grammatica. *In codice Regio* 1845. in quo præter cætera de Figuris Homericis, & Canonismata in Homerum. Videndum an idem sit opus cum libro de Constructione verborum Græcè edito Venetiis 1526. & Florentiæ eodem anno apud Hæredes Philippi Iunctæ. V. Georgios Leonis Allatij.

GEORGII siue Gregorij Metropolitæ Corinthi cognomento Pardi, de dialectis. *In codice mss.* 19. de figuris Poëticis, de Syntaxi, in Hermogenem, &c.

GEORGII Cyprij Patriarchæ quem GREGORIVM quidam vocitant, Prouerbia. *In codice Regio* 1111. *& in alio mss.* 87. *In* 2088. *Regio*, eiusdem parœmiæ ordine Alphabetico. *In* 2180. habentur eiusdem Responsiones ad varias quæstiones, &c. Prouerbia illa à Gregorio Cyprio in vnum collecta & ordine Alphabetico digesta, Græcè cum Parœmiis Michaëlis Apostolij à Petro Pantino Latinè versis 1619. Lugduni Batauorum prodierunt, eiusdem quoque sententiæ seorsim excusæ fuerunt in 8. Coloniæ anno 1536.

HERODIANI de solœcismo, de encliticis, de improprietate

sermonis, de nominibus varij generis, de notis numeralibus, &c. *Ex codd. Regiis* 901. 1285. 1596. 1717. 2088. 2210.

Dictiones ex Homeri Odyssea & Hesiodo selectæ. *In mss. O.* in quo de vocibus auium, Pselli versus Politici de interpretatione qq. dictionum, & Glossæ seu documenta de differentiis nonnullarum vocum.

IOANNIS Glycei Patriarchæ de syntaxi, & alia Grammatica. *Ex codd. Regiis* 1720. 1911. 2088.

IOANNIS Grammatici Characis de Encliticis. *In codd. Regiis 1596. & 1656.*

IOANNIS Leuitæ de spiritibus. *In codice Regio* 901.

LESBONACTIS de figuris, spiritibus, & dictionibus. *In codd. Regiis* 901. & 1536.

MANVELIS Calecæ Grammatica. *In codice Regio* 1992.

MANVELIS Moschopuli Grammatica. *In variis codicibus Regiis aliisque.* Item de affectionibus dictionum, de syntaxi, Dictionarium, Schedica, Orthographia, Collectiones Vocabulorum Atticorum, obseruationes ad partes orationis, &c.

MAXIMI Planudæ Grammatica, Orthographia, syntaxis ex Harmenopulo & Christodulo, dialogus cui titulus Neophron & Palætimus, *in codd. Regiis* 1642. 1645. 1911. & 1538.

MICHAELIS Soliardi Grammatica. *Ex fasciculo* 29. *Regiæ Bibliothecæ.*

MICHAELIS Syncelli de syntaxi & metris. *Ex codice Regio* 1644. in quo & Theodori Prodromi quæstiones Grammaticæ & Georgij Trapezuntij, & Theodori Gazæ Grammaticæ, Maximi Planudis de Orthographia, Moschopuli de Prosodia, &c. & 1657. in quo & quamplura alia ad Grammaticam spectantia. *In mss. G.* Michaëlis Syngeli doctrina de Syntaxi & partibus orationis, de Dialectis, quantitate syllabarum, & aliis Grammaticæ partibus.

MOENIDIS Sophistæ de Atticismis & Hellenismis. *In codice Regio* 2216.

NICEPHORI Gregoræ de instabilitate Regularum. *In codice Regio* 901.

NICETÆ Metropolitæ Heracleensis libellus Grammaticus. *Ex codice mss. E.*

NICOLAI Rabdæ Grammatica. *In codice Regio* 1285. qui & similia plura complectitur.

NIPHONIS Monachi de octo Partibus orationis. *In codice Regio* 1657.

THEODORETI de litteris. *In codice Regio* 901. & de spiritibus

in codice mss. 29. in quo & Magister de Atticis, Phurnutus, Musæus, &c.

Theodori Prodromi Grammatica *in codice mss.*

Theodosii Erotemata Grammatices *in cod. mss.* 51. in quo sunt vitæ Sophoclis, Theocriti & Oppiani. Eiusdem alteriúsve eiusdem nominis Canones Grammatici dictante Georgio Diacono Doctore Oecumenico. *in codice Regio* 1515.

Thomæ Magistri Grammatica. *In codice Regio* 1288.

Tryphonis de passionibus dictionum & de Tropis, *in mss. R.* in quo & Ioannis Philoponi de iis quæ varia significant, Gregorij Metropolitæ Corinthi de Dialectis, Menses variarum gentium, Parœmiæ alphaberico ordine, Catonis disticha Græcè reddita à Maximo Planude, & alia plura.

Incerti duo trésve de Grammatica *in codice Regio* 995. Incerti quæstiones Grammaticæ in 899. Grammatica necessaria ad Logographiam in 2088. in quo quemadmodum & in nonnullis aliis quamplurima reperiuntur ad Grammaticam artem discendam docendámque subsidia.

Iis adde Schediasmata seu exercitationes Grammaticas, Prouerbia ordine Alphabeti & Mensium nomina cum Methodico de verbis, & opusculo de Homonymis, aliáque *ex codd. mss.* 25. 29 52.

Duodecim Labores Herculis cum interpretatione Schedicâ *in mss. P. & in R.* in quo Phocylidis & Pythagoræ carmina, Theodori Prodromi σχέδη μυὸς & breuis enarratio ad quæsita Sebastocratorissæ, Regulæ diuersæ Grammaticæ, septem Sapientum & Clementis Papæ Romani Sententiæ, &c.

SECTIO SECVNDA.

Quæ ad Rhetoricam & Poëticam spectant.

Aspasii in Rhetoricam Aristotelis. *In codice Regio* 745. In eiusdem quoque Principis Philosophorum tres de Rhetorica libros extant *In codice* 101. *Bibliothecæ Regiæ*; Scholia auctiora iis quæ edidit Parisiis Conradus Neobarius.

Concodrii seu Cocondrij de Tropis. *In codd. Regiis* 901. *&* 1536.

Cyri de variis Statibus causarum, *In codice Regio* 1241. & de differentia statuum 1376. In Indice Sfortianæ Bibliothecæ dicitur Cyrus Sophistes. Vide Rhetores Græcos ab Aldo editos.

EVDEMI Rhetoris de dictionibus Rhetoricis. *in codice Regio* 573.

EVMOLPI Phile expositio in quatuor orationes sancti Gregorij Nazianzeni latet alicubi in membranis cum Orionis Grammatici libro περὶ ἐτυμολογίας, de quo Suidas & Auctor Etymologici sæpiusculè.

GEORGII Gemisti Plethonis Monodia. *In mss. R.*

GEORGII Moni seu Monachi Scholia in librum de diuisione Rhetorica capitibus LIII. *In codice Regio* 1784.

GEORGII Dicæophylacis & Protecdici Pachymeræ declamationes. *In codice* 963. Regiæ Christianissimi Francorum Regis Bibliothecæ nempe, in Progymnasmata & status causarum exercitamenta: Fabula, Narratio de Vlysse & de Zona torrida: Chria quæ tantùm sententia constat: Sententia Demosthenis, opus esse pecuniis & sine his nihil quod opus factu sit fieri posse, δεῖ δὲ χρημάτων καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων: Destructio, narrationem de rosa nullo modo verisimilem esse: Assertio, narrationem illam verisimilem esse: Locus communis contrà Maledicum: Laudatiò Aiacis Telamonij: Vituperatio Paridis Alexandri: Comparatio oliuæ & vitis: Ethopœia, quæ dixerit auarus cùm cogeretur eos in conuiuium vocare, qui eundem priùs conuiuio exceperant; Descriptio Augusteonis; Thesis seu propositum, an nauigandum: Accusatio legis præcipientis, naufragium passos & appellentes in aliquem locum, ab iis, qui inibi sunt, spoliandos esse: Oppositum de eadem lege & compositione: Ictu fulminis in Periclis domo mille armaturæ iuuentæ sunt, & in iudicium vocatur de tentata tyrannide: Declamat reus, qui vt exercituum Dux sermonem concipit, & vt orator contentionem init; Status est coniecturalis; Philosophus suasit Tyranno tyrannidem deponere & præmium postulat Tyrannicidarum: denegatur illi ab aliquibus; Declamat Philosophus: Pictor naufragij depictas à se tabulas in porticibus depinxerat, cùm nautæ non appellerent, publicorum criminum reus fit; Dux exercitus concrematis nauibus tum inutilibus & hostibus postmodum debellatis publicorum criminum fit reus, & ipse declamat: Tribus diebus ex præcepto legis de bello faciendo consulendum erat, cùm Philippus Elatiam occupasset, Demosthenes hortatur eodem die exire & pugnam experiri, status negotialis: Cùm in bello quispiam optimè se gessisset, præmium sibi postulauit ciuis caput, Vrbs concessit, quidem, sed cùm ante impetratum præmium ab eo ciuem occisum fuisse constaret, de homicidio postulatur; Declamat accusa-

tor: Premente bello atque obſidione aduena quidam aſcenſo muro prima præmia meretur; Verumtamen cùm lex prohiberet, ne quis aduena tempore belli murum aſcenderet, de violatione legis poſtulatur: Lex eſt, abdicatus in paternis partem non habeat; & alia, qui in naui tempeſtate iactatâ perſtiterit, dominus nauis eſt; Abdicatus in paterna naui procellis obruta perſeuerauit; ab eius tamen poſſeſſione, quod paterna ſit abigitur: declamat abdicatus. Lex ait, ex meritoria muliere ſatus, ne ex ſuggeſtu concionetur ad populum; ex meritorio viro quidam natus à concione abigitur. Declamat qui ex meritorio natus eſt. Meretrix aurea ſi geſtauerit, publica ſit: deprehenſam mulierem auream geſtantem ex legibus contenditur publicam eſſe. At qui declamat non eam publicam eſſe δημόσια ἔστω, ſed aurea χρυσᾶ δημόσια ἔστω immutato accentu aſſerit. Præcomparationis ſiue compenſationis tres alij ſunt Aſſumptiuorum ſtatus, Recriminationis Tranſlationis criminis & Deprecationis: & prima quæſtio Recriminatio: Victor & de patria bene meritus ſcortantem filium interemit & in ius vocatur. Declamat de patria bene meritus. Noctu tercentum ex hoſtibus profugi, cùm ad fores vrbis perueniſſent, Ducem deprecabantur, vt illis foribus apertis pro incolumitate ingreſſus in vrbem pateret, cùm lex prohiberet noctu fores reſerari, Dux non aperuit: deprehenſi interim à perſequentibus internecione deleti ſunt, & Dux publicorum criminum reus fit Declamat Accuſator. Cùm diutinis tormentis ſecreta vrbis à Duce deprehenſo hoſtes depoſcerent, vi tandem exſculpunt, ideóque ille & ſeruitute & tormentis liberatur, reuerſus in patriam à ſuis publicorum criminum reus fit: declamat Dux. Quòd ſi quis prætereà Græcos horum omnium Præexercitamentorum titulos ac principia expetat, adeat Diatribam de Georgiis Leonis Allatij, obſeruétque Codicem Bibliothecæ Regiæ qui erat numero 883. cùm Indicem illum ab humaniſſimis & bono litterarum natis Puteanis Fratribus accepit, nunc mutata codicum ſerie atque in meliorem formam digeſta factum eſſe 962. vt paullò ante annotauimus.

IOANNIS Canabutzæ Magiſtri in Dionyſium Halicarnaſſeum, *In codice Regio 2277.*

IOSEPHI Pinaræ Racendytæ ſynopſis Rhetorices. *Ex codice R. mſſ. 84.*

MARCELLINI, SOPATRI, SYRIANI, Incerti Scholia in Rhetoricam Hermogenis. *In codd. Regiis 330. 690. &c.*

MARCELLINI de genere ſcribendi Thucydidis. *In codice Regio 1411.*

Matthæi Blastaræ Rhetorica. *in codice Regio 604.*

Matthæi Camariotæ Byzantini qui Georgius falsò inscribitur epitome Rhetoricorum Hermogenis, necnon Progymnasmatum. *In codice Regio 1129.*

Maximi de Antithesibus, Methodus allocutionum, Syriani in Hermogenis librum de ideis, & alia, *in codice Regio 1419.*

Maximi Planudæ Scholia in Rhetoricam Hermogenis. *In codice Regio 150.*

Michaelis Apostolij Byzantij Monodia Funeralis ad Andream Calergen. *Ex mss. R.*

Nicephori Basilacæ Ethopeiæ, narrationes, fabulæ. *In codice Regio 1409.* ex quo editæ sunt Romæ anno 1641. in octauo à V. C. Leone Allatio earum Interprete doctissimo inter excerpta varia Græcorum Sophistarum ac Rhetorum, Heracliti scilicet & Anonymi opuscula de incredibilibus, Libanij Sophistæ Antiocheni narrationes, descriptiones & præludia Rhetorica, Seueri Alexandrini Sophistæ Ethopœias, Theodori Cynopolitæ Ethopœias, Adriani Rhetoris Declamatiunculas, Callinici Sophistæ ex Antiquitatibus Romanis, Isaaci Porphyrogenetæ de prætermissis ab Homero & lineamenta tum Trojanorum tum Græcorum, qui Trojam conuenerunt, Anonymi de certaminibus Herculis, & Leonis Philosophi, Pselli, Nicolai Metropolitę Corcyrensis, Ioannis Geometræ, atque Emanuelis quædam carmina. Eiusdem quoque præstantissimi Viri opera anno proximè pręcedenti prodierat itidem Romæ eadem forma cum notis Philonis Byzantij opusculum de septem orbis miraculis.

Nicolai Sophistæ Progymnasmata. *In codice Regio 1409.* Eiusdem narrationes in 2088. Nicephori Callisti, Progymnasmata Rhetorices *in codice 1625.* an eadem sint cum præcedentibus diligentiùs inquirendum.

Nicetæ Scutariotæ de Arte Rhetorica. *In codice Regio 1761.* in quo Rhetorica Apsinis, Menandri, Minvtiani, vel vt alij volunt, Nicagoræ, Alexandri, & aliorum.

Oloboli Rhetorica. *In codice Regio 1662.*

Phoebammonis Sophistæ de figuris. *In codice Regio 1006.*

Procli Diadochi Platonici de Epistolico charactere. *Ex codd. Regiis 609. 1727. 2216. fasciculo 28.*

Severi Sophistæ Alexandrini Ethopœiæ. *Ex codicibus Regiis 6. & 1003.* Editæ sunt à Morello in leui libello Parisiis, & à V. C. Leone Allatio cum aliis Rhetorum Excerptis, vt iam monuimus.

Sopatri Controuersiarum Rhetoricarum diuisio. *In codice Regio* 1376.

Tiberii de Schematibus Demosthenis. *In codice Regio* 1409. vbi & Ruffi ars Rhetorica, incerti de ideis, de educatione iuuenum, & alia.

Troili Sophistæ Prolegomena in Rhetoricam Aristotelis. *In codice Regio* 1008.

Iis adde alterius Anonymi in Hermogenis Rhetoricam, *in codice nostro mss.* 78. Problemata Rhetorica & figuras ex variis *in codice Regio* 773. Declamationem in Ebrium, Panegyricum de sanitate Imperatoris, Consilium datum Thessalonicensibus cùm obsiderentur, & alia ad Oratoriam artem spectantia *in codice* 791. in quo & Dialogus de nuptiis: sed iam Poëtica ad se nos aduocant.

Andreæ & Theodosii Grammatici de pedibus. *In codice Regio* 901.

Artemidori Grammatici de Inuentione Bucolicorum. *In codice Regio* 1727.

Demetrii Triclinij de Metris. *Ex codice Regio* 901.

Georgii Chœrobosci de Poësi & Tropis Poëticis. *In codd. Regiis* 901. 1067. 1288.

Hephæstionis & aliorum de Metris. *In codice mss.* 84 si quid differre ab editis animaduerterimus.

Homeri Iliados Paraphrasis Græca. *In codice Regio* 12.

Ioannis Botoniatæ ad Isidorum Diaconum & Tabularium de metris Iambicis. *In codice Regio* 1596.

Ioannis Tzetzæ Allegoriæ Homericæ ad Eirenen Alamannam Imperatricem, Gratiarum actio ad Patriarcham, Lamentatio de Imperatore occiso, & alia plura etiam carminibus scripta Politicis cum eiusdem Chiliadibus Historicis & Epistolis CVII. *in codice Regio* 902.

Marci Musuri in Musæum. *In codice Regio* 1917.

Rhodi Nili de versibus Anacreonticis. *In codice Regio* 901. & in 1727. Incerti de Metris Pindaricis.

Theodosii Gramm. Alex. de Prosodiis. *in codice mss. P.*

Trichæ Synopsis nouem Metrorum, *In codice Regio* 2111. in quo multa eiusdem generis.

Scholia Procli, Ioannis Galeni Diaconi, Ioannis Protospatharij, Moschopuli, & aliorum in Hesiodum *in codd. Regiis* 683. 1339. 878. 1903. 1375. 1916. 2220. 2258. Item Ioannis Diaconi Pædiasimi in Scutum, & Ioannis Diaconi Galeni Allegoriæ in Hesiodum

&

& Homerum *ex codice mss.* 50.

In labores Herculis Scholia *ex codice mss.* 86.

Scholia plurima habentur in Orationes & Carmina S. Gregorij Nazianzeni tum in codicibus Regiis, tum in aliis qui latent in Parisiensibus Bibliothecis. In Tetrasticha eius vidi Scholia incerti *in codice mss.* 52. in quo Nicephori Blemmidæ encomium in eundem S. Doctorem & expositio in versus illius. *In Regio* 1617. extant eiusdem sacri Poëtæ epigrammata cum Scholiis Nicephori Paphlagonis.

Nec omittenda Scholia variorum in Aristophanis Plutum, Nebulas, &c. Euripidis Hecubam & Orestem, &c. In Pindarum, in Æschylum, in Theocriti Eclogas, in Oppianum, antiqua in Hesiodum cum Procli Scholiorum in eundem Epitome, &c. *ex mss. codd.* 22. 45. 50 &c.

Porrò de Metris tam Poëticis quàm Rhetoricis, multa Anonymorum opuscula colligi poterunt, *ex codd. Regiis* 643. 1129. 1352. 1285. 1419. 1594. 1657. 1727. 1912. 2111. &c.

IOANNIS Diaconi Galeni Scholia in Oppianum de piscibus. Eiusdem Allegoria anagogica in quædam ex Homero; de Tantalo, Sphinge, Vulcano, Saturno, &c. *In mss. P.*

De versibus collectio ex multis incipiens ab ipsis 24. elementis cum Anonymi de Poëtices elementis, de syllaba communi, Hephæstionis enchiridio, Herodiani & duorum Innominatorum de Dialectis, necnon Ioannis Tzetzæ de omni versuum genere versibus Politicis, &c. *In mss. R.* 84.

SECTIO TERTIA.

Quæ ad Philosophiam spectant.

Omisimus hic plerosque Aristotelis Platonisque Græcos Scholiastas & Paraphrastas, quòd de iis editis iuxtà, atque hactenus ineditis, peculiarem Diatribam, seu Syntagma Philologicum, Deo dante, prope diem edituri simus.

ADAMANTII Sophistæ liber de ventis. *Extat in codice Regio* 1115. Eiusdem verò Physiognomonicorum libri duo qui sunt mss. *in codice Regio* 484. *& in Naudæano* 83. Græcè editi sunt Romæ 1545. in 4. Græco-Latinè verò Basileæ apud Robertum Vvinter 1544. in 8. interprete Iano Cornario. *In mss. O.* reperiuntur Polemonis & Adamantij Sophistæ Physiognomica.

ALBINI Platonici introductio in dialogos Platonis. *In codice*

Regio 1391. Iſagogicus dogmatum Platonis dicitur extare in Romani Pontificis Bibl. Vaticana, & de ordine librorum Platonis in Veneta ad S. Antonium.

Alcinoi de Dogmatibus Platonis, ſiue de Doctrinâ Platonicâ, & in Philoſophiam Platonis. *In codd. RR.* 403. 1044. 1400. *&* 1990. Græco-Latinè editus fuit Lutetiæ apud Michaëlem Vaſcoſanum 1532. in 8. ex interpretatione Marcilij Ficini, qui in 34. capita partitus eſt. Ex quibus deſunt in Græco texto excuſo 26. 27. & 28. quæ quantum arbitror, reſtaurari poterunt.

Andronici Calliſti Peripatetici de Phyſica ſcientia & Fortuna. *In codice Regio* 1769. Eiuſdem diuiſio Phyſicæ in *mſſ. N.*

Eiuſdem ſiue alterius Andronici quem Rhodium quidam eſſe autumant, de Paſſionibus ſeu affectionibus animæ. *In codice R.* 2007. *& in CL.* 70.

Anonymi λέξις περὶ ψυχῆς hoc initio: Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μὲν εἰσὶν ἄλογοι, αἱ δὲ λογικαί. τῶν δὲ λογικῶν, &c. *Ex codice mſſ. B. & in M.* Anonymi inquiſitio, in quo τὸ ἡγεμονικὸν τοπιστέον.

Asclepii Scholia in ſex libros Metaphyſicorum Ariſtotelis dictante Ammonio Hermia. *Ex codice mſſ. M. exarato Venetiis ab Antonio Eparcho annos nato vndeoctoginta.*

Christophori Contoleantis de immortalitate animæ. *Ex codice mſſ.*

Cleomedis libri duo περὶ μετεώρων, extant in pluribus *codd. Regiis*, ſed Scholia dumtaxat *in* 145. *&* 1213. Excuſi ſunt libri illi duo de circulari inſpectione κυκλικῆς θεωρίας Græco-Latinè Baſileæ per Henricum Petrum 1548. Eiuſdem Sphærica habentur *in codice* 190. *Regiæ Bibliothecæ.*

Damascii Philoſophi, cuius meminit Suidas, Quæſtiones de primis principiis, ſeu dubitationum & ſolutionum de primis principiis libri duo. *Ex codice Regio* 536. *Naudæanis* 18. *&* 19. *& mſſ. H.*

De eiuſdem Parecbolis in librum I. Ariſtotelis de Cælo diximus ſuo loco: necnon de libris tribus Dubitationum & ſolutionum Dexippi Philoſophi Platonici in Categorias Ariſtotelis.

Damnati Philoſophi de generatione hominis. *Ex mſſ. M. in O.* verò cum Syneſij variis operibus habentur Democriti Phyſica & Myſtica.

Georgii Gemiſti Plethonis aduersùs Georgij Scholarij Defenſiones pro Ariſtotele. *In codice Regio* 1281. *& Naudæano* 43.

Eiuſdem quâ in re diſſideant inter ſe Ariſtoteles & Plato. *In codd. Regiis* 1607. *&* 1281. Libellus de iis in quibus Ariſtoteli cum

Platone non conuenit, & quòd potior sit Platonis sententia, excusus fuit Venitiis apud Scotum cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi, &c.

Eiusdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio, Adolpho Occone Physico Augustano interprete, excusa fuit Basileæ apud Ioannem Oporinum anno 1552. Extat mss. *in codd. Regiis* 506. 1121. 1769. 2016. *& in codice sexto* tractatus de Fato.

GEORGII Pachymeræ Hieromnemonis, qui etiam dictus reperitur Diaconus C P. Protecdicus & Dicæophylax, Philosophica synopsis, seu Epitome, aut Paraphrasis doctrinæ Aristotelicæ libris duodecim. *In codd. Regiis* 33. 1198. 1199. Extant libri illi XII à Philippo Bechio Latinè redditi & excusi Latinè tantum Basileæ 1560. in folio. Græci codices Regij conferentur *cum altero codice mss. B.*

GEORGII Scholarij Prolegomena in Logicam cum eiusdem expositionibus in V. Voces, in Categorias & de Interpretatione. *In codice Regio* 316. sed de eo aliisque accuratiùs prolixiúsque verba fecimus in nostro de Aristotelis Interpretibus syntagmate Philologico.

GEORGII Monachi ad studiosos sapientiæ, ne Philosophiæ difficultate deterreantur, Epitome Philosophiæ. *In codice Regio* 2259.

GREGORII Nazianzeni synopsis organi Aristotelis. *In codice Regio* 966.

HERMIÆ Philosophi in Phædrum Platonis libri tres. *Ex codice mss. G.* Initium est. Ο Σωκράτης ἐπὶ ἐνεργείᾳ τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς, &c.

IOANNIS Argyropyli solutiones quæstionum, quas proposuerant Philosophi, & Medici quidam ex Cypro insulâ. *In codice Regio* 1929.

S. IOANNIS Damasceni Philosophica & Theologica, siue Dogmatica, & elementa Philosophiæ. *In Regiis codd.* 612. 696. 1293. 1474. 1521. 1614. 1667. 1899. 2016. *in Claromontanis duobus, in Naudæano* 25.

IOANNIS Itali Expositiones in diuersas quæstiones Logicas. *In codice Naudæano* 16. *In mss. O.* eiusdem in libros duos de Interpretatione succincta expositio & de figuris Syllogismorum, ac de eo quod est in nostra potestate secundùm Aristotelem.

IOANNIS Alexandrini Philosophi, seu Grammatici, cognomento PHILOPONI, aduersùs Proclum, & Philosophica quædam, præter ea quæ in Aristotelem scripsit, habentur *in codd. Regiis* 1334. 2254.

IOSEPHI seu Ioasaphi Monachi, qui & Ioannes Cantacuze-

nus Imperator, Paraphrasis Ethicorum Aristotelis Stagiritæ ad Nicomachum. *Ex mss. H.*

MICHAELIS PSELLI, præter ea, quæ in Aristotelem & Platonem scripsit, extant mss. *In codd. Regiis*, de anima & de Hypostasi *196*. Responsa ad quæstiones varias ad Michaëlem Ducam *in 646. 1097. 1728. In mss. S.* sunt expositiones qq. CLXIII. cum Hierocle in carm. Pythagoræ. Epitome quæstionum Physicarum & capitula CLXCI. quæstionum diuersarum *in 1097.* in Platonis Psychogoniam & diagramma Lyræ Pythagoricæ 1568. atque vt cætera omittam. *In Naudæanis 81 & 86.* sunt Oggia, id est sacrificia, & oracula Chaldaïca. De iisdem *in Regio 796. & fasciculo 26.* Solutiones Physicæ ad Michaëlem Ducam *in mss. 46.* Eiusdem de termino vitæ *in Regio 1771.* Eiusdem quòd rotunda sit terra *in mss. M.* in quo Expositio fidei, Colloquium animæ & corporis, Æsopi fabulæ 138. Philostrati varia, &c.

NEOPHYTI Monachi Logicæ Aristotelicæ diuisio per capita & collectio definitionum entium ex Aristotele, & aliis. *In codice Regio 547.*

NICEPHORI Blemmidæ Μοναχοῦ ϗ Πρεσβυτέρου τ̃ Κτήτορος Logica, de Sophistarum reprehensione, Physica, de cælo, de vacuo, &c. Isagoge ex libro secundo de Cælo, & quòd mundus non sit ab æterno, & pleraque alia Philosophica habentur *in codd. Regiis 491. 919. 950. 1335. 1670. 2014. 2079. 2119. 2245. & in Naudæano 72. in Claromontanis* aliisque Introductoriæ Epitomes in Logicam & Physicam Aristotelis libri duo, &c. Est eiusdem quoque Parænesis ad Imperatorem Lascarim Ducam ὁποῖον δεῖ εἶναι τ̃ βασιλέα.

NICOLAI Cabasilæ de Syllogismis. *In codice Regio 1039.*

OCELLI Lucani de natura vniuersi. Extat mss. *in codd. Regiis* 547. 1018. 2240. Editus est Louanij 1554. interprete Ioanne Boscio Zonæo, & Græcè ac Latinè è regione in 8. 1596. in Bibliopolio Commelini.

OLYMPIODORI Philosophi Alexandrini, in Aristotelem & Platonis Phædonem, Philebum, &c. Commentaria suo recensentur loco.

PHOTII in Categorias Aristotelis. *In codice Regio 547.*

PORPHYRII de virtutibus. *In codice mss. 70.* cum Andronici Peripatetici de affectionibus animæ, Boëthij de Arte Dialectica Græcè, & Nicephori Blemmidæ operibus Philosophicis.

Eiusdem Philosophiæ Prolegomena, & alia in organum Aristotelis habes *in codd. Regiis 715. 1284. 1400. 1640.*

Eiusdem vita Plotini & series librorum eius. *In codice R. 1568.*

PRO-

PROCLI Diadochi Lycij Platonici Philosophi, & in Schola Atheniensi Syriani successoris, plura habentur opera mss. *In codd. Regiis, aliisque.*

In Theologiam Platonis libri sex *in* 815. 2240. *& fasciculo* 24. Euoluendus etiam *fasciculus* 16.

Institutio Theologica capitulis ccix. ἀποτύπωσις διαλογικῆς στοιχειώσεως *in* 540. 815. 1631. 1889.

Institutio Physica *in* 1851. 2240. *in* 1728. sunt etiam eiusdem Procli Theoremata.

In fascic. 24. continentur Anonymi contradictiones in Procli Theologiâ.

In alio mss. F. habentur eiusdem in Parmenidem Platonis libri septem, & selecta ex eius Scholiis in Cratylum Platonis.

SIMEONIS Sethi seu Vestij Physicorum Synopsis. *In codice Regio* 1231. *In mss. O.* dicitur Simeonis Bestæ Oseth Florilegium Philosophicarum naturalium quæstionum.

SIMEONIS nescio cuius Monachi & Anonymi de Terræ motibus *in codice Naudæano* 17.

SOPHONIÆ Monachi in Aristotelis Categorias de Homonymis, Synonymis, Paronymis, Heteronymis, Polyonymis, &c. *Ex duobus codd. mss. E. & N.*

STEPHANI Syncelli & Metropolitæ Nicomediensis de tribus animæ partibus. *In codice Regio* 2226.

SYRIANI Philoxeni in libros II. XII. & XIII. Metaphysicorum Aristotelis *in codice mss. F. & in codice Naudæano primo*, cui subiungitur breuis dissertatio de Prouidentia, quæ incipit, τῶν εὐσεβῶν κατ' Ἀριστοτέλην. Desinit verò in hæc verba, τῷ ἑαυτῷ περιπλύτῳ.

THEODORI Gazæ in illud, omnia à natura fieri. *In codice Regio* 56. cum Prolegomenis Rhetoricæ.

THEODORI LASCARIS Physica. *In codice Regio* 9568. *In fasciculo* 30. varia eius habentur opuscula.

THEODORI Metochitæ Magni Logothetæ in Aristotelem commentarij suo loco recensentur *ex codd. Regiis* 846. & 1414.

THEODORI Prodromi de pauco & multo, magno & paruo, quòd non sint relatiua, sed quanta & contraria. *Ex mss F. collato cum codice Regio* 547. Eiusdem inuectiuam in illud Poëtæ Hemistichium, Ἡ πενίη σοφίην ἔλαχεν. *Pauperies sophiam nacta est, ex codice mss.* 1151. eiusdem Bibliothecæ Regiæ edidit cum Latina interpretatione anno 1608. Federicus Morellus.

THEONIS Smyrnæi, vtilem esse Mathematicarum disciplinarum cognitionem ad Platonis lectionem. *In codice Regio* 1181. *In*

Naudæano 21. *&* *Regiis* 102. 807. *&* 2191. De his quæ ad Mathematica Platonis pertinent.

THEOPHILI collectio de mundi Principiis & SYRI cuiusdam de pluuiis. *In codd. Regiis* 42. 145. *& Naudæano* 17.

Anonymi Synopsis de Physico Auditu libris quatuor. *In codice Naudæano tertio, & in* 52. Scholia Incerti in varios dialogos Platonis,

Quomodo dicatur Hominum vitam longissimam esse annorum LXX. quum diutiùs viuant plerique. *In codice Regio* 2016. in quo & Tractatus, qualem oportet esse legatum.

Platonica quædam Philosophemata de anima aliisque rebus. *In codice Naudæano* 5.

Septem quæstiones I. de numero Musarum. II. cur post conuiuium confabulationes iucundæ sint. III. cur minimè credimus Autumnalibus somniis. IV. cur ex metu quidam mortui. V. cur senes tremuli. VI. cur ij qui tristitiâ aut dolore afficiuntur, pallent. VII. cur ex subitâ lætitiâ quidam subitò moriuntur. *Ex codice Regio* 1779.

SECTIO QVARTA.

Quæ ad Mathematicas disciplinas pertinent.

ÆNEÆ Poliorcetica & Tactica. *In codd. Regiis* 220. 652.

ALYPII, BACCHII, & GAVDENTII Isagoge Musica, *in codice R.* 461.

ANTHEMII de Machinis extraordinariis. *In codice Naudæano* 7. in quo posteriores quinque libri Collectionum Mathematicarum Pappi Alexandrini. Vidi & in *alio codice mss.* opus Anonymi de Machinis Bellicis.

APOLLODORI Poliorcetica. *In codd. Regiis* 407. 677. *& Naudæano* 4. in quo & alia opuscula Athenæi, Bitonis, Heronis, cum figuris graphicè delineatis & coloribus depictis. Eiusdem Auctoris Mechanica dicuntur extare in Bibliothecâ Vaticanâ.

ARISTARCHI prædictiones Mathematicæ de Planetis, de distantiâ Solis & Lunæ, recensebuntur in sequenti Indice, qui Astronomica cum Geographicis subministrabit.

ARISTIDIS Quintiliani de Musica libri tres. *In codicibus Regiis* 218. 398. 461. 1632. *aliisque pluribus.*

ARISTOTELIS quæ ad Musicam spectant, & in librum Aristotelis de Musica Aben Raffad, *in codice Regio* 2170.

ARISTOXENI Harmonicorum libri tres, *in codd. Regiis* 461. 689. *& in mſſ.* 33. in quo poſt Ariſtotelis Problemata, quæ ad Muſicam ſpectant, habentur Euclidis, Ariſtoxeni, Nicomachi Geraſeni, Manuelis Bryennij harmonica. Editi ſunt tres illi libri Lugduni Batauorum apud Elzeuirium in 4. 1616. cum Alypio, &c.

ASCLEPII in Nicomachi Geraſeni Arithmeticam. *In codice Regio* 446. *in* 484. *τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς*, ex Anatolio.

ASCLEPIODORI Tactica capp. XII. *In codice Regio* 220.

ATHENÆI de Machinis tractatus, *in codd. Regiis* 220. 407. 677. *& Naudæano* 4. de quo ſupra in Apollodoro.

BACCHII ſenioris Iſagoge Muſices. *In codd. Regiis* 461. *&* 1632.

BARLAAMI Monachi Logiſtica & refutatio trium Capitulorum, quæ addita ſunt ad Harmonica Ptolemæi. Item ex Mathematica Ptolemæi ſyntaxi defectuum Solarium tempora exactiùs computari. *Ex codd. Regiis* 1213. *&* 2236.

BITONIS inſtrumenta militaria, ſeu de Bellicis machinis & catapultis, *in codd. Regiis* 407. *&* 677.

CTESIBII Belopœica. *In codd. Regiis* 220. 407. *Naudæano* 4.

DOMNI Lariſſæi Philoſophi Enchiridion introductorium in Mathematicam. *In codice Naudæano* 9. *in Regio* 1930. Domneni Lariſſæi Enchiridium Arithmeticæ.

EVCLIDIS Geometrica, Harmonica, Phœnomena, Data, Optica, Catoptrica, &c. cum Scholiis Bryenij, Marini, Heronis, &c. ac ſine illis, reperiuntur calamo exarata *in codd. Regiis*, aliiſque quamplurimis, qui viſuntur in Pariſienſibus Bibliothecis 33. 36. 39. 63. 82. &c. Omnia tamen aut ſaltem pleraque iam edita.

EVTOCII Aſcalonitæ in primum & ſecundum Archimedis de ſphæra, de cylindro, &c. in Apollonij Pergæi Conica, *in codd. Regiis* 43. 108. 115. *&c. aliiſque mſſ. præſertim* A.

GEORGII Pachymeræ de quatuor Mathematicis, Arithmetica, Muſica, Geometria & Aſtronomia. *In codice Regio* 859. De iiſdem EVTHYMII Pſelli *in codice* 891. De iiſdem INCERTI *in* 381. Alterius quoque Anonymi Arithmetica cum Scholio *in* 915. Videndi prætereà codices 1109. 1361. 1769. 1843. & alij, in quibus quamplurima Adeſpota, quæ modò non vacat ſigillatim enumerare. *In Naudæano* 45. Anonymi libellus de numeris.

HERMETIS Triſmegiſti Mathematica ad Ammonem Ægyptium. *Ex codd. Naudæano* 17. *& Regio* 42. Ex Iatromathematicis Hermetis & Petoſiris *in Regio* 1235. Hermetis Alchymia *in* 236. Eiuſdem de ſtellis, lapidibus & herbis *in* 1849. in quo & Aphoriſmi

centum, seu flores de secretis Astrologiæ, translati à Stephano de Messana, & oblati Manfredo Siciliæ Regi.

HERONIS Alexandrini Automatopœëtica, Belopœica, Chiroballistica, Pneumatica, Geometrica, Geodæsia, & de mensuris rerum, Isagoge, &c. occurrunt *in codd. Regiis* 43. 220. 298. 345. 407. 534. 677. 1024. 1536. 1904. 1918. 2190. 2013. 2257. *in Naudæanis* 34. 35. 36. 37. *in mss. Claromontano* 40. *aliisque*.

IAMBLICHI Chalcidensis Isagoge in Arithmeticam Nicomachi Geraseni cum tribus prioribus libris qui inscribuntur de Vita Pythagoræ, Exhortatio ad Philosophiam & de Mathematica doctrina habentur *In codice Regio* 1202. *In Naudæano* 70. seorsim descripta habetur Isagoge Arithmetica, quæ incipit Αρχέμενοι τ̃ ἰδίου λόγου, & desinit in hæc verba: ἢ σταμικὰς ἡ πειράσεις γίνεται.

IOANNIS Pædiasimi synopsis Geometriæ *in codice Regio* 915. Eiusdem de mensura terræ *in* 1213. Arithmeticarum quæstionum explicatio & de symphoniis Musicis in 1039.

IOANNIS Philoponi expositio in duos libros Arithmeticæ Introductionis Nicomachi Geraseni. *In codice mss.*

ISAACI Argyri Monachi methodus Geodæsiæ. *Ex codice mss. A.* post Heronis spiritalia, Automatica, & Geometrica, seu methodum mensurandæ terræ.

LEONIS Tactica, aut ex iis fragmenta, & de nominum militarium significatione. *In codd. Regiis* 897. 1111. *&* 2209.

MANVELIS Bryennij Harmonica libris tribus. *In codd. Regiis* 218. 461. 764. 1626. Eiusdem expositio in Euclidis Musica habetur *in cod. mss.* 80.

MAXIMI Planudæ περὶ μιπταζαπκῶν ἢ ἀμεταζάτων, Scholium Geometricum, Arithmetica Indica. *In codd. Regiis* 1911. 915. 1909. 1213.

NICOMACHI Geraseni Isagoge Arithmetica in pluribus *Regiis codicibus* occurrit, à quibus recensendis supersedeo. Enchiridium verò Harmonicæ institutionis *in* 461. *&* 1930. Scholia autem in Arithmeticam *in* 1930. De expositione Philoponi diximus paulò ante.

PHILONIS Belopœa, vel ex iis fragmenta, *in codd. Regiis* 220. 407. 677.

PORPHYRII Commentaria in libros tres Harmonicorum Ptolemæi. *In codice Regio* 699. *& in mss.* 33. Eiusdem Isagoge in Apotelesmata Ptolemæi & Anonymi expositio in Tetrabiblum Ptolemæi. *In mss. codice.*

PROCLI Diadochi Platonici in Euclidis elementa. *In codd. Regiis* 521. 522. 547. 1247.

SERENI Antissensis de sectione cylindri & coni libri duo *in codd. Regiis* 108. 1197. 1777. *& in mss.* 7. cum Apollonij Pergæi Conicorum libris quatuor.

Atque vt pleraque alia prætermittam in vno codice descripta habeo præter Aristidæ Quintiliani libros tres de Musica & Bacchij senis Isagogen Artis Musicæ.

IOANNIS Diaconi Pediasimi expositiones particulares in multa Cleomedis, quæ interpretatione indigent.

HERONIS Geodæsiam figurarum modismum ostendentem.

ISAACI Argyri, quonam pacto Trigona, quæ recta non sunt, in recta conuertere liceat, & de quibusdam aliis figuris.

ANONYMI Elementa Geometrica.

Vidi quoque post Sexti Empirici Pyrrhoniarum Hypotyposeon libros tres, & aduersùs Mathematicas Disciplinas libros decem, additum ANONYMI alterius opusculum Doricâ dialecto conscriptum de bono & malo, Turpi & honesto, Veritate & mendacio, Iusto & iniusto. Neque placet Amanuensis coniectura qui Sexto adiudicare videtur, quòd eius operibus subiiciatur. Verùm hoc & similia accuratiùs scrupulosiúsque discutere maioris est operæ, & in aliud omnino tempus reiicienda.

SECTIO QVINTA.

Quæ ad Astrologiam & Geographiam spectant.

AGATHEMERI Orthonis descriptio Geographiæ. *In codicibus Regiis* 42. 871. *& Naudæano* 2.

ARISTARCHI de magnitudine & distantiis Solis & Lunæ. *Ex codd. Regiis*. 120. 373. 1147. 1567. *& Naudæano* 50. *In codice Regio* 778. Ex Aristarchi prædictionibus Mathematicis de Planetis.

AVTOLYCI de Motu Sphæræ, & de ortibus & occasibus libri duo. *in codd. Regiis* 114. 373. post Theodosij Sphæricorum libros tres, de habitationibus locorum librum vnum, & de noctibus & diebus libros duos, 1147. 1567.

CLEOMEDIS Sphærica, seu κυκλικὴ θεωρία & de Meteoris, etiam cum scholiis, *in codd. Regiis* 145. 190. 399. 446. 688. 919. 1213. 1904. Edidit Burdigalæ anno 1605. Græcè ac Latinè Robertus Balforeus.

DEMETRII Triclinij de Schematismis Lunæ, & maculis, quæ in eius orbe. *In codice Regio* 1213. Ex Demetrio in Astrologicis fragmentum *in codice* 559. *eiusdem Regiæ Bibliothecæ.*

DIONIS Nicæni de septem Planetis *in codice Regio* 1567. cum

Ariſtarcho, Autolyco, Hypſicle, Theodoſio, &c.

Evthymii ſiue Pſelli ſynopſis Aſtronomiæ. *In codice Regio 919.*

Georgii Chryſococcæ de Inuentione Feriæ cum Iſaaci Argyri Canone Paſchali & de Biſſexto. *In codice Regio* 1334.

Georgii Gemisti Plethonis correctio in quædam Excerpta Strabonis, & chorographia Theſſaliæ excerpta ex libro IX. Strabonis *ex mſſ. T. & aliis quàm plurimis: ſæpius enim occurrit in Bibliothecis Italicis, Anglicis, aliiſque.* Omitto Epiphanii Monachi periegeſin Terræ ſanctæ & Hieroſolymitanæ ciuitatis, alterámque verſibus politicis ſcriptam, quas à R. P. Iacobo Sirmondo communicatas publicauit Federicus Morellus Profeſſor Regius.

Hephæstionis Thebani de Aſtrologiâ libri tres Apoteleſmaticorum. *In codd. Regiis* 872. *&* 2268. Ex tertio libro Hephæſtionis de geneſi infantis *codice* 145.

Hieroclis Grammatici Synecdemus de quo loquitur Imp. Conſtantinus libro 2. Thematum cap. 1. *Ex mſſ. T.* in quo excerpta ex Strabone breuis Geographia.

Hygini Sphæra. *In codice Regio* 2260.

Hypsiclis anaphoricus. *In codd. Regiis* 120. 373. 1567.

Iapharis Aſtrologi liber Imbrium. *In codice Regio* 1153.

Ioannis Alexandrini Grammatici cognomento Philoponi de vſu Aſtrolabij & quid eorum, quæ in eo deſcribuntur, ſignificent: *Ex codd. Regiis* 949. 959. 1925 *& Naudæanis* 9. *&* 48. vnà cum Nicephori Gregoræ Philoſophi, & Anonymi tractatibus de eodem argumento. *In mſſ. H.* additur lucubratio Aſtronomica ex ſcriptis Demophili.

Ioannis Camateri Canicleo Præpoſiti de Genethliis, & de cæleſti ſiderum poſitione. *Ex codice Regio* 149. *& Naudæano* 9. Eiuſdem quoque verſus *ex codd. Regiis* 559. *&* 1015. in Appendice Metricâ exhibebuntur.

Ioannis Zonaræ Antapologeticus aduersùs ſcriptum quoddam Manuelis Comneni Imperatoris ad Monachum, cui obiiciebatur nimia circa Aſtrologiam cura. *Ex codice Regio* 1109.

Isaaci Monachi *ψηφηφορία νέου κανονίου ἀνευθύνων καλὰ τὸ ἀρχαῖον ἀπὸ τοῦ κόσμου γενέσεως ἔτος.* *In codice Regio* 674. Eiuſdem Argyri Scholium in primam figuram deſcriptæ in plano habitationis. *In mſſ. O.*

Iuliani, ſeu Pauli Alexandrini de ſitu ac conſtitutionibus ſeptem Planetarum. *Ex codice Regio* 42. *& Naudæano* 17. in quo & prædictiones eorum, quæ ſingulis menſibus contingunt.

Opera Astrologica Anonymi, Leonis Philosophi seu Sapientis, & Pythagorici cuiusdam Laxeuterij siue Rabulij sic Persicè dicti *in codice mss. B. & in O.* Innominati alterius Astronomica, vbi de Paschate legali.

LEONTII Mechanici de compositione sphæræ. *Ex codice Regio* 1213. Videndum num idem sit cum libello Græco impresso cum Arati Solensis phænomenis quæ Aldus Venetiis & VValderus Basileæ excuderunt.

MICHAELIS Pselli, quòd rotunda sit terra. *Ex codice mss.* 59.

NAMPLII Synthesis Persica. *Ex codice Regio* 145.

NICEPHORI Blemmidæ breuis Geographia, eiusdémque breuis Historia de terrâ *In codice Naudæano* 44.

PAVLI Philosophi Alexandrini introductio in Apotelesmaticam. *Ex codice Naudæano* 13. Item Isagoge de anno, de Cometis, stellis, signis cælestibus, &c. *ex codice Regio* 1047.

PERSICA Inuenta in xii. mensibus. *In mss. O.*

PORPHYRII Isagoge in Apotelesmata & Tetrabiblum Ptolomei cum scholijs ex Demophilo. *Ex codicibus Regijs* 8. 315. 468. 959.

PROCLI Astronomicæ Hypotyposes & alia *In codicibus Regijs* 545. 1650. 1147. 1728.

RHETORII Expositio de duodecim signis Zodiaci ex Anascholij thesauro. *In codice Naudæano* 24.

STEPHANI Philosophi Alexandrini, & Apollonij Mathematici Apotelesmatica *in codice Regio* 145. in quo Astronomica de Iudicijs stellarum ex Ptolemæo, & alia.

THEODORI Metochitę Computus astrorum *In codice Regio* 1021.

THEONIS Alexandrini in Canones Ptolemæi. *In mss. O.*

THEOPHILI ad Deucalionem filium prognostica ex Astrologia *In codice Regio* 872. *In* 42. *περὶ κοσμικῶν καταρχῶν. In* 559. excerpta ex Theophili Astrologicis.

VALENTIS *περὶ ἐπεμβάσεως τῶν ἀστέρων In codice Regio* 145. *& in* 559. excerpta ex Valente in Astrologicis.

Incertorum Astronomica Prognostica de diuinatione, ac similia multa occurrunt *in codicibus Regijs* 287. 702. 919. 928. *&c.* Astrologica capitibus 66. tum etiam 360. comprehensa *in codice* 559. de sphæra Indica & Persica cum imaginibus cæli *in* 126. Thema Astronomicum, Aduentus Augustalis Alexandriam sub Diocletiano, de mensurâ terræ, de ponderibus, confectio Encausti Sacri, & similia *in* 145. Brontologia, Methodus diuinandi temperiem anni, quæ cuique signo regio subiecta sit, *in* 919. in quo & Paschales canones, Paschaliorum methodus, &c. de Cyclis solaribus

& lunaribus. *In cod. 608. eiusdem pretiosissimæ atque incomparabilis Regiæ Gazæ Christianissimi Francorum Principis.*

De Terrâ & Zonis, de ventis, de cæli & terræ fabricâ, cum quibusdam alijs Cosmographicis. *In codice Regio 919.*

De quatuor Fluminibus Paradisi, Quarum vrbium nomina sint mutata, de Metallis quæ in Cypro insula, Ordo sedium Patriarchalium, &c. *In codice Regio 1334*

Anonymi de Nilo. *Ex codice mss.* 88.

Prouinciarum totius orbis liber. *In codice Regio 1390.*

Canones vrbium insigniorum & Tabularum Geographicarum expositio. *In codice Regio 949.*

De interuallis & stadiasmis variorum locorum. *In codice Regio 2216. pag. 195.*

Prognostica sereni aëris ex diuersis Auctoribus collecta, Arato, Africano, Apuleio, Anatolio, Aristotele, Beserio seu Berytio, Barone seu Varone, Demogeronte, Didymo, Diophane, Florentino, Nestore, Orpheo, Paxamo, Plutarcho, Ptolemæo, Pamphylo, Platone, Sotione, Tarantino, Theophrasto, Vindaniano, Zoroastre, aliisque. *In mss. 0.* in quo & Nicephori Patriarchæ C P. Onirocriticum secundùm alphabeti ordinem versibus Iambicis, Persica inuenta in duodecim mensibus, & alia. Sequitur Achmetis filij Seiremi Onirocriticum collectum ex varijs Ægyptiis, Indicis, Persicisque nugamentis. *In altero quoque mss. 0.* reperi Astrologica quædam, cum varijs figuris sermone Græcobarbaro, Methodum prædicẽdi ex Euãgelio vel Psalterio auctore Leone sapiente, & Onirocriticum Prophetæ Danielis ad Nabuchodonosorem Regem: quæ prorsùs mihi videntur ψευδεπίγραφα, quemadmodum & quæ dicuntur, Sortes Apostolorum, Latinè duntaxat scriptæ, & à Gelasio Papa iampridem explosæ. Earum nonnulla nactus sum apographa ex *mss. codice antiquo*, quem sæpè videre licuit, accuratè descripta.

SECTIO SEXTA.

Quæ ad Medicinam & Chymiam pertinent.

ABICIANI seu Auiciani de vrinis & pulsibus. *In codicibus Regijs 520. 1506. 168. 1237. 2008.*

ABSYRTI, Hippocratis, Hieroclis, Pelagoni, Osantri Hippiatrica, seu de arte veterinaria & Mulomedicina opuscula aliqua, ex ijs quæ in *Bibliothecæ Regiæ codicibus* 132. 1047. 1786. 1931. occurrunt,

runt, edita sunt Parisijs in 8. apud Simonem Colinæum anno 1530. ex interpretatione Ioannis Ruellij Suessionensis. Eadem habentur Italicè in fasciculo 44. *Bibliothecæ eiusdem verè Regiæ.*

ACTVARII & Aetii Amideni plurima opera habentur in *Regijs codicibus* necnon in membranis V. C. Renati Moræi Doctoris Medici Parisiensis, quorum saltem pleraque puto nondum fuisse excusa. Quæ deprehendentur inedita, ea nostris lectionibus poterunt inseri.

ADAMANTII, AFRICANI, DIOSCORIDIS, SORANI & aliorum de Ponderibus & mensuris, *ex codicibus Regijs 36. 225. 299. 1305* & ex alijs.

ALEXANDRI Tralliani Iatrosophistæ Medicina & Aphorismi habentur in *codicibus Regijs 763. 945. & 1486.*

HIPPARCHI Nicæi de Eudoxi & Arati phænomenis libri tres *in Vaticana.*

HYSTRI Callimachi cognomento Ethici historia *in Vaticana.*

IAMBLICHI de secta Pythagoricâ libri tres, de fato liber vnus, de mysteriis, de Nicomachi arithmeticis, epistolæ, & alia.

ISIGONI liber de aquis *in Florentina.*

ISIDORI Pelusiotæ epistolæ 1213.

ISIDORI Characeni Stathmi Parthici *in Stroziana.*

IVLIANI Laodicensis apotelesmata *in Carpensi.*

IOANNIS Philoponi de vsu astrolabij & in Nicomachi arithmeticam *in Vaticana.*

IVLIANI Cæsaris ad Sallustium, Symposium, Misopogon, in Solem Regem, encomia duo *in Stroziana.*

IGNATII commentarij in Aristotelis Logica.

IOANNIS Curopalatæ Synopsis Historiarum.

IOANNIS Pædiasimi de dimensione terræ.

IOANNIS Chrysostomi opera omnia.

Interpretes Homeri xxx. antiqui, Tomis duobus.

Interpretes Platonis omnes, Tomis duobus *in Florentina.*

IVLII Pollucis epitome per Anonymum *in Stroziana.*

LEONIS Imperatoris de re militari, & alia, *in Vaticana.*

LESBONACTIS περὶ σχημάτων liber vnus *in Stroziana.*

Legum Imperalium libri sexaginta, tomis tribus, *in Stroziana.*

LONGI Amatorii libri quatuor, *in eadem.*

Lexica Athanasij artis Sacræ, Cyrilli herbarum, Eudemi, Iuliani, Maximi, Nicæ, Pausaniæ, Photii, Pollucis.

LAMPRIÆ Plutarchi Chæronei filii tabula vel index eorum quæ pater eius scripsit.

MAVRICII Imperatoris de re militari libri duodecim.

Manethus apotelesmaticus carmine *in Florentina.*

MARCIANI peripli libri tres *in Bibl. Henrici Scringeri Scoti.*

MARINI in Euclidis data *in Vaticana & Stroziana.*

PHILOTHEI commentarius in Aphorismos Hippocratis.

PHOTII epitome ducentorum Auctorum, & lexicon per alphabetum, *in Bibliothecis Mendozana & Stroziana.*

PLOTINI Philosophi libri omnes 54. Enneades sex: *in Carpensi & Stroziana.*

POLEMONIS epitaphium Callimachi & Cynægiri, & orationes aliæ *in Vaticana & Florentina.*

POLYAENI Macedonis Stratagemata libris octo, *in Stroziana & apud Diegum Hurtadum.*

PORPHYRII vita Plotini, & in Ptolemæi harmonica, *in Carpensi.*

PRISCI Panitæ historiarum libri octo, *in Vaticana.*

PROCOPII Historiarum libri octo, & Agathiæ libri quinque *in Vaticana.*

PROCLI de causis, Theorica, de inerrantium gradibus in Zodiaco, de epistolico charactere, Theologica elementatio, Physica elementatio, Platonis Theologia libris sex, in Alcibiadem primum, in Cratylum, in Parmenidem libris septem, *in Strozziana & Card. à sancta Flora.*

PTOLEMAEI harmonicorum libri tres, menses Ægyptij libris duobus, de speculis comburentibus libri duo, de Analemmate vnus, planisphærium, de auspicationibus, de magnitudine temporis, canones manuales *in Vaticana & Strozziana.*

SERENI Antissæi de cylindris libri tres, *in Vaticana, Strozziana & Mendoziana.*

SEXTI Empirici Sceptica libris decem.

SEVERI ethopœiæ, meletæ, & Demostenis schemata, *in Stroziana.*

SCYLACIS Caryandei geographica *apud Henricum Scringerum Scotum Fuggerorum Bibliothecarium*

SIBYLLARVM libri sex reliqui ab octauo ad 14. *in Vaticana.*

SIMPLICII in epistolas Epicteti & in Iamblichum de secta Pythagoræ.

SPIENII de generatione hominis *in Strozziana.*

SOTYRAE Gynæcia *in Florentina.*

STASINI Poëtæ Cypriaca *in Vaticana.*

STOBAEI Physica libris duobus *in eadem.*

STEPHANI Atheniensis in Therapeuticen Galeni ad Glauconem.

STEPHANVS in Timæum, in libros de anima, in Rhetorica Aristotelis.

THEODOSII Sphærica libris tribus, de habitationibus libris duobus, de noctibus & diebus libris itidẽ duobus *in Vaticana*.

THEMISTII de Epistolico charactere & orationes variæ.

THEOPHILI περὶ κοσμικῶν καὶ πολεμικῶν κατάρχων.

THEODOSII Grammatici de metris.

THEONIS Synopsis totius harmonices.

THEONIS Smyrnæi Mathematica quæ apud Platonem.

THEODORETI opera omnia præter sermones de prouidentia & Historiam Ecclesiasticam.

THEODORI Metochitæ paraphrasis quadraginta librorum Aristotelis.

THEOPOMPI & THEOPHRASTI librorum epitome cum Photio.

VECTII Valentis Antiocheni anthologica libris octo *in Vaticana*.

XENOPHONTIS Ephesij Ephesiaca libris octo *in Florentina*.

XENOPHONTIS Epistolæ *in Veneta sancti Marci*.

XENAGORAE de Insulis *in Vaticana*.

XENOCRATIS περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς καὶ περὶ λίθων *in Vaticana*.

ZOZIMI Historiarum libri sex *in Vaticana*.

ZOZIMI in Demosthenis Philippicas lexicon *in eadem*.

ZOZIMI & aliorum quatuordecim Auctorum scripta de arte Sacra, falsa tamẽ & supposititia volumina.



SPECIMINIS



SPECIMINIS

ANTIQVARVM LECTIONVM LATINARVM ET GRÆCARVM SVPPLEMENTVM TERTIVM

Ex Catalogo Præcipuorum Auctorum ineditorum Græcè mſſ. qui aſſeruantur in Bibliotheca Scorialenſi: opera & ſtudio ALEXANDRI BARVOETII è Societate IESV.

Prior numerus, inquit vir ille pereruditus poſt Prolegomena R. P. Balthaſaris Corderii ad S. P. N. CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini homilias XIX. in Ieremiam Prophetam Latinitate donatas & Antuerpiæ in 8. editas anno 1648. *Pluteum ſignificat; ſecundus loculamentum; tertius codicem: non omnibus autem ſui appoſiti ſunt numeri. quòd Catalogum meum, vnà cum notis meis ac obſeruationibus, cùm abirem, non reſtituerit, is cui conceſſeram; qui ſatis accuratum omnium Græcorum mſſ. inibi deliteſcentium habet indicem, à Dauide Coluillo Scoto confectum, quem prope diem, vnà cum notis meis ac animaduerſionibus ad Auctores ineditos edere cogitat in lucem, ſi è re ſua nanciſci potuerit Typographum.*



NDEX Græcorum mſſ. ipſius Bibliothecæ B. VII. I. *ſed antiquus, nec adeo accuratus, quàm ſit ille Coluilli, quem concinnauit nuper admodum, recenſitis pluribus codicibus, adiectiſque notulis quibuſdam ac animaduerſionibus ſubinde non contemnendis.*

Index Græcorum codicum mſſ. Bibliothecæ Vaticanæ. Z VII. 8. Item I. I. I. *ſed ſcriptus ante annum 1600. à quodam Græcè ac Latinè imperito, adeòque nullius penè pretij: tametſi ſplendidè compactus, atque elegantia quæſita videatur in charactere.*

Index mſſ. codicum Græcorum ac Latinorum Cardinalis Sirleti ac Cardinalis Rudolfi. *Ibidem. Aliquot tantùm folia ſunt: totúſque Index Cardinalis Rudolfi ferè citatur etiam à Geſnero in Bibliotheca.*

Abbatis Abraham Aſcetica quædam capita in Anthologio Patrum, & alibi. *Eiuſdem videntur hæc quæ aliàs Lauræ Monachi inſcribuntur, habetúrque interpres Sermonum Iſaaci Syri, ex quibus hæc fortaſſe etiam deſumpta. Fragmenta tantùm ſunt, adeóque non maximi pretij: vti & ipſum Anthologium Græcorum Patrum collectum ex quinquaginta plus minus Auctoribus quà editis, quà ineditis; maxima tamen parte ex editis & celebrioribus Chryſoſtomo, Baſilio, Gregorio vtroque, Damaſceno, &c.* Z. III. 2. *Præclarum omnino opus, ſi vna cum Aſceticis reliquis ſanctorum Patrum Opuſculis Græco-Latinè ederetur, indicatis locis vnde deſumptum.*

Abamonis Reſponſio ad Anebonem de quæſtione Suſannæ.

Catena in Habacuc Canticum, *vti & in alia omnia S. Scripturæ Cantica: è quibus quædam edita à R. P. Baltaſare Corderio Soc.* IESV *in fine Tertij Tomi in Pſalmos Catenæ Græcorum Patrum.*

Sunt prætereà ibi Catenæ SS. Græcorum in præcipuos veteris ac noui inſtrumenti libros: in Geneſim: in Leuiticum Marcellini: in Pſalmos. In Cantica Polychronij Procopij ac Neophyti, *ita dictus fortè Procopius, quòd antea Sophiſta,* Neophyti nomine in A. VI. 2. Polychronij Θ. III. 15. Z. I. 7. pagina 191. Procopij E. V. 16. Z. II. 5. *Hos omnes Codices vnà cum R. P. Balthaſare Corderio diligenter contuli cum mſſ. Procopij quod nobis R. P. Ioannes Beſſonus Collegij Toloſani Rector ſua manu deſcriptum ex Bibliotheca Archiepiſcopi Toloſani, humaniſſimè ac liberaliſſimè fuerat elargitus. Cæterùm reperi omnes planè eadem aut non admodum diuerſa inter ſe continere, præter exigui momenti: quod item in ſequentibus codicibus contigit.*

In Prouerbia Salomonis Catena nomine Demetrii. Z. II. 2. Procopij E. V. 16. pag. 139. A. VI. 2. pag. 84. Polychronii Z. II. 19. pag. 289. Δ. III. 17. E. VII. 6. pag. 149.

Item in Ecclesiasten Polychronij E.VII.6. pag. 189. Z. III. 19. pag. 303. E. II. 16. pag. 47. B. Procopii A. VI. 2. pag. 174.

Atque in hæc omnia luculentus, vt videtur, Commentarius *vt inscribitur* Moralis & Anagogicus Malachiæ Monachi paginis plusquam trecentis. A. 4. 1. pag. 14.

Sunt præterea Catenæ SS. Patrum, In Iob, Euangelia, Actus Apostolorum, Epistolas Pauli, *aliáque complura Sacrarum Literarum volumina & loca alijs immixta Auctoribus quæ passim hîc omisi, quod non nisi tractatus integros hîc afferre voluerim, cum fragmentorum & incertus & infinitus ferè sit numerus.*

Titulus Catenæ, vbi est: B. Iob liber, & in eum Catena Enarrationum diuersorum ex antiquis Patribus, Dionysio Areopagita, Origene, Didymo, Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino, Seuero Antiocheno, Clemente, Methodio, Iuliano, Apollinario, Olympiodoro Diacono, Euagrio, Theodoro Mopsuestiæ, Polychronio & aliis.

Additæ sunt & quædam protheoriæ initio cuiusque capitis: ad hæc variæ lectiones notatæ asteriscis, & historiæ coloribus depictæ. Liber antiquus omnino literis maioribus scriptus in membranis, annorum DCCC. & vltrà forma folij. Videtur hæc eadem esse cum Catena edita à Ioanne Paulo Comitolo Venetijs, cùm eosdem ferè habeat, & eodem ordine Auctores. De quibus plura vide apud Posseuinum in Apparatu.

Titulus Catenæ in Prouerbia est: Salomonis Prouerbiorum liber & in eum Catena enarrationum Sanctorum Patrum Basilii, Hippolyti Papæ Rom. Origenis, Didymi, Euagrij Philosophi, Epiphanii Episcopi Cypri, Ioannis Chrysostomi, Apollinarii, Polychronii, Diodori, Eusebij, Apollonij, Olympiodori & Eustathij.

In eodem codice sunt: Michaël Glycas de Adam: Ioannis Zonaræ Monachi in Tetrasticha B. Gregorii Theologi Episcopi Nazianzeni expositio.

Nonni Panopolitæ interpretatio Historiarum vel fabularum, quæ in Inuectiuis B. Gregorii Theologi aduersus Iulianum Apostatam reperiuntur. *Liber in charta recentibus litteris, forma folij.*

Titulus Catenæ in Cantica: Salomonis Canticorum Cantica & Catena Enarrationum in ea, Theodoreti præsertim & Gregorij Nysseni, Nili, Eusebii, Maximi ac Pselli versibus Politicis siue Plebeiis. *Eusebij Pamphili in Cantica Græcè editi à Meursio Latinè propediem edenda cum aliis à P. Balthasare Corderio. Liber recens in charta, forma folij. In eodem codice sunt* Prisci Ascetæ, & Theodori Metochitæ Epistolæ ad diuersos.

Titulus Catenæ in Isaiam: Didymi Alexandrini in Esaiam Prophetam Commentarii siue Epitome enarrationum ab ipso collecta ex diuersis Sanctorum Patrum, vt Cyrilli, & aliorum scriptis. *Liber recens in chartâ, forma folij.*

Catenæ in Prophetas maiores ac minores plures sunt in diuersis codicibus: sed nulla quæ accedat ad præstantiam illius, quæ asseruatur in Bibliotheca Magni Ducis Florentiæ præsertim in Prophetas maiores, duobus maximis codicibus vetustissimis ac integerrimis, charactere rotundo quadrato in membrana: è quibus fortasse descripti ij codices, qui seruantur in Bibliotheca Ducis Bauariæ, sed non adeò vetusti nec integri.

Catenæ instar, imo omnes Catenas complecti videntur in Prouerbia Salomonis, Malachiæ Monachi Sermones Ethici & Anagogici *in maximo volumine chartaceo, forma folij, charactere non ita vetusto, paginis ferè mille, in loculo* A. I. I.

Achmet Medici, Filij Abrahamii, Peregrinantium viatica libris septem. *Ex Bibliotheca Didaci siue Iacobi de Hurtado de Mendoça, è qua potissima pars Græcorum Manuscriptorum codicum huius Bibliothecæ constat. Codices autem singuli manu illius notati omnes adscripto nomine in prima pagina. Magnus autem hic vir, vti erat literarum ac litteratorum amantissimus, summa diligentia maximisque sumptibus hos codices vndique conquisiuit ex Oriente, dum Venetiis degeret Regis apud Rempublicam Legatus. Magnum autem ad hoc illi incrementum attulit submissa illi ab imperatore Turcarum nauis Græcis codicibus onusta, dono missa ob obsequium aliquod præstitum in remittendis quibusdam captiuis Imperatori Turcarum charis in paucis. Ex iis tamen libris quidam perierunt, quidam etiam ab aliis sublati sunt, & in aliis Italiæ Bibliothecis collocati: Cæterùm tota hæc Historia fusiùs descripta habetur Scoriali in ipso Monasterio; vbi quomodo & à quo ad hanc Bibliothecam translati sint accuratiùs recensetur.*

Æneæ Tactica I. IV. 21. cap. 43. *(forte Æneæ vt & Tactica Aeliani edita à Casaubono cum Athenæo.) Habentur hic vna cum Tacticis Leonis imperatoris ac Basilij. Videtur autem Auctoris esse recentioris ac sequioris æui, vt & ipse Leo; aut fortasse ex ipso Leone excerptum, aut potiùs adiectus titulus à Græculo quopiam, vti subdola hac in parte est illa sequioris ætatis Græca natio quò pluris codices Græcos mss. uendant, magna nomina in fronte substituunt, cùm nihil intus sit rei: quod in plurimis alijs codicibus comperi, in quibus tituli splendidè mendaces imponunt hominibus: vnde minimè fidendum Catalogis, nisi à rerum peritis Auctoribus atque oculatis testibus accuratè confecti sint, qui scoriam ab auro norint distinguere, ac τὸ γνήσιον ab ὑποβολιμαίῳ.*

Æsculapii, *seu potius (vt in pluribus aliis codicibus reperi) Asclepij* Tralliani

Tralliani, Philosophi Enarratio Isagoges Arithmeticæ Nicomachi. *Videntur autem hi commentarij ijdem cum ijs, qui alias attribuuntur Anatalio, Theoni Smyrnæo, Philopono, Proclo Laodicensi: sunt autem sub nomine* Asclepij Tralliani & Procli Laodicensis Θ v. 19.

Sub nomine Theonis Smyrnæi vna cum Commentarijs illius in loca Mathematica Platonis, qui maximè de numeris Platonicis, ac Harmonice agunt. K. III. 16. Δ. VII. 11. pag. 279. H. v. 10. pag. 131.

Philoponi variis deinde locis A. VI. 1. &c. K. I 10. pag. 95. Δ VII. 4.

Est in eadem Bibliotheca Philoponus in Astrolabium planum seu de vsu Astrolabij: Liber de Pulsibus: Commentarij in Elenchos Aristotelis: Commentarii in quatuor posteriores Physicæ auscultationis.

Agalliani Melismata, quæ plurimas cantiones pro musica practica continent, vnà cum viginti aut etiam pluribus aliis tum melismatopœis tum rhythmopœis, inter quos ferè præcipuus Ioannes nescio quis, dictus Lampadarius. H. v. 6. pag. 100. Eiusdem est oratio de Deipara, vnà cum aliis orationibus. *Cantiones autem musicæ ac Rhythmi de Deipara, aliisque Sanctis habentur in variis codicibus, & maximè (si memini; omnia enim hæc è memoria ac fragmentis quibusdam Schediorum mihi reliquis eruere necesse est, cùm notæ omnes & obseruationes meæ mihi sint ablatæ) pluteo Θ in variis codicibus, Θ. v. 6. &c. quæ ex ipso Indice Scorialensi coràm discere necesse est: fieri enim non potest, vt tot numeri tam variorum codicum mihi occurrant, chartarum mearum ac scriptorum subsidio destituto.*

Agathemeri Orthonæ Hypotyposis Geographiæ K. I. 3. p. 335.

Agathangelus contra Nicephorum Gregoram pro defensione Aristotelis H. v. 19.

Agathodæmonis Chrysopœa cum plurimis aliis eiusdem farinæ Chymicis Auctoribus, cum variis titulis de lapide Philosophorum, de sole ac luna, de auri ac argenti confectione, de præparatione Metallorum, salis chymici, &c. *Magnis omnes nominibus, sed plerisque vti reor, suppositiitijs,* Democriti, Heraclii, Constantini, Platonis, Aristotelis, Pselli, &c. *aliisque huiuscemodi insigniti, idque in septem aut octo fere codicibus Θ. II. 3. Λ I. 4. plerique ex his iidem videntur cum illis, quos sibi ante paucos annos magno ære comparauit serenissimus Bauariæ Dux ac Elector Maximilianus: quorum bonam partem Latinè reddidit iussu eiusdem Ducis P. Simon Wagnereck è Soc. Iesu, de quibus ad me scribit in hæc verba litteris Monachio datis:* In hac pretiosissima & planè inaudita Chrysopœorum Bibliotheca continentur isti Au-

ctores: Πλάτων (metuo tamen ne sit subdititium nomen) Ἀριστοτέλης (de quo itidem ambigo) Ἑρμῆς (quem genuinum esse non dubito) Ἰωάννης ἱερεὺς, Δημόκριτος, Ζώσιμος (quem Delrius noster valdè commendat, & tantùm Parisijs in Bibliotheca Regis mss. extare testatur) Μιχαὴλ ὁ Ψελλὸς, μέγας Ὀλυμπιόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσοφος (Scriptor reuera ingeniosus) Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι, Συνέσιος (non puto esse illum Encomiasten caluitij) Διόσκορος ὁ ἱερεὺς τοῦ μεγάλου Σεράπιδος τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὁ Ὀστάνης ἀπ' Αἰγύπτου, ἡ Μαρία (est Soror Mosis, hypobolimæum vtique nomen) καὶ ἡ Κλεοπάτρα ἡ γυνὴ τοῦ Πτολεμαίου βασιλέως, Πορφύριος, Ἐπιβέχιος, Πελάγιος, Ἀγαθοδαίμων Ἡρακλείος ὁ βασιλεὺς, Θεόφραστος, Ἀρχέλαος, Κλαυδιανὸς, Σέργιος. Insunt omnibus istis mirissima quædam ac planè curiosa. Adiecta est copiosa clauis chymicorum apud Græcos signorum, Auctore Psello: adiectum quoque Λεξικίδιον Chymicum solidè Græcum anonyma manu. Stylus vt plurimum tersus, neque vllis ferè mixtobarbaris vocibus interpolatus: accedit amabilis quædam atque perpetua metaphorarum venustas. *Hæc ille.*

Quæ omnia tametsi liberalius nonnihil hîc deprædicari videantur, est tamen cur suspicer, eiusdem penè cum superioribus hæc omnia esse farinæ.

Alypij Isagoge: Musica item Aristidis, Quintiliani, Ptolemæi adhuc ineditorum, & aliorum veterum in varijs codicibus. *Omnes hos eleganti charactere descriptos cum suis schematibus habet in Bibliotheca sua Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus D. Carolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus; quos pro suo in litteras ac bonas artes affectu cuiuis litterato ad editionem liberalissimè offert, vti & reliquos omnes Bibliothecæ suæ codices ἀνεκδότους; qui multi sunt ac insignes, indicabunturque à me copiosiùs in Catalogo mss. Græcorum ineditorum, Auctorúmque in præcipuis Europæ Bibliothecis delitescentium, quos magna ex parte ipsemet oculis meis vidi, vbi otium suppetierit, concinnando edendóque in lucem.*

Auctores autem Musici veteres codice numero XXVIII. *apud Illustrissimum ac Reuerendissimum Archiepiscopum Tolosanum sunt:*

Aristidis Quintiliani Harmonicorum libri tres.

Manuelis Bryennii totidem:

Plutarchus de Musica.

Euclidis Introductio Harmonica:

Sectio Canonis harmonici edita à Ioanne Pena Parisiis cum Opticis Euclidis.

Aristoxeni elementa Musicæ edita sed Latinè tantùm Venetiis interprete Francisco Patricio.

Ptolemæi Harmonica, edita Latinè ibidem ab eodem.

In Ptolemæi Harmonica Commentarius Porphyrij hactenùs ineditus, quem penes me habeo descriptum αὐτοχειρὶ ex Bibliotheca Augustissimi Imperatoris Viennæ.

Alypii & Bacchii senioris Isagoge Musices impressa à Mersenno in Genesin & Alypius à Meursio Lugd. Batauorum.

Nicomachi & Gaudentii Musica adhuc inedita; cum figuris & subinde additis scholiis: Codex dicitur scriptus ab Angelo Virginio Cretensi anno 1537.

Cæterùm hæc etiam omnia eleganti charactere & schematibus exarata memini me videre Romæ anno 1642. in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini; sed satis ægrè à Lucâ Holstenio, tum Bibliothecæ Præfecto communicata: vti & Tacticorum Mauricij Imperatoris libros 12. quòd horum editionem, vnà cum ceteris Strategeticis Athenæi, Apollodori, Bitonis, &c. propè diem emittendam assereret à Claudio Salmasio: sed eorum hactenùs nihil prodijt. Sunt præterea in Bibliothecâ Archiepiscopi Tolosani Harmonice Georgii Pachymeræ & codice num. XLIV. *cum plurimis alijs etiam* Theonis; *quæ si quis simul omnia nonnihil hinc inde explicata ederet in lucem, optimè sanè de republica litteraria ac Musica antiqua mereretur. Sed arduo ac obscuro in loco scio versatum iri eum, qui hæc tentauerit, quamquam lucem aliquam afferre possint ea quæ apud Boethium in hoc genere sunt, ac Mersennum in harmonia vniuersali, item Iosephum Zaltinum, aliósque.*

Ioannis Glycei siue Dulcis, Lampadarii, Moschiani, & aliorum chironomia Musicæ artis.

Leonis Sapientis matutina Poëmata XI. cum notis. Psalmodia qua vrbs Thessalonicensis & Ecclesiæ Catholicæ magnæ vtuntur, composita à domestico magistro Cucuma: *libellus in charta annorum C. forma enchiridij.*

Ioannis Glycæ Protopsaltæ Rhodi liber Musicus, siue opera ad notas musicæ artis accommodata.

Constantini Moschiani & Gerasini Monachi Poëmata diuersa Ecclesiastica cum notis Musicis: Stichologia & Cantica & Psalmodiæ variæ Ecclesiasticæ variorum cum tropariis, hirmis & exapostilariis, &c.

Agathonis, Anthemij Monachi, & Argyropuli poëmata Ecclesiastica cum notis Musicis barbaris ac recentioribus sequioris æui Græcorum, iámque obsoletis & ignotis. *Cuiusmodi volumen* etiam in Bibliotheca nostra Louaniensi est charactere recentiotiore, forma Enchiridij cum titulo: *Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ, τῶ μεγάλου Ἑσπερινοῦ Ποιήματα διάφορα ποιητῶν παλαιῶν τε καὶ νέων. ψάλλεται δὲ τοῦτο διχῶς, καὶ ἄρχεται ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ. Sub initium est explicatio no-*

tarum Musicarum ac vocum, postmodum citantur Chrysostomus in Liturgia, Manuel Chrysaphe, Ioannes Lampadarius, Panaretus, Palladas, Georgius, Agathon, &c. *in fine mutilus. Eiusdem farinæ videnturque quæ habentur in Scorialensi cum titulis* Manuelis Lampadarii Chrysaphe de Psallendi arte, & ipsius & aliorum Poëmata Ecclesiastica ad notas Musicas accommodata.

Abini Isagoge in Platonem.

Ammonij Astrolabium & de eius vsu I. iv. 1 pag. 113.

Anastasij Antiocheni sermo de profectione Virginis in Nazareth ad recensionem Augusti, &c *Aliæ quædam ipsius Homiliæ adhuc ineditæ; è quibus prope diem prodibunt eæ quæ de Deipara sunt in Bibliotheca Mariana, quæ nunc cuditur in Hispania; sed Latinè tantùm.*

Anatholii Mathematica quædam fragmenta, maximè Arithmetica, vnà cum Nicomacho K. iii. 10. Δ. vii. 11. pag. 279.

Anatolii de dimensione marmorum ac lignorum: *Idem vidi & legi in Bibliotheca Bauarica. Cetera illius Mathematica nihil ferè continent præter Isagogicas præfationes, de definitione, diuisione ac subiecto illius scientiæ.*

Anastasij Patriarchæ narratio actorum in Perside.

Ammonius Monachus de Patribus in Sina monte interfectis Z. iv. 6. pag. 110. B.

Apologiæ variæ de diuersis materiis.

Andronicus Peripateticus de passionibus animæ, de discendi cupiditate, de, virtute, de diuisione Θ. iv. 3. pag. 37.

Annæ Comnenæ Alexij filiæ de rebus gestis Alexii patris sui libris tredecim Z. vii. 15. pag. 61 Θ. iii. 13. pag. 108. *Editi sunt à Dauide Hæschelio Augustæ, sed cum multis lacunis, quæ fortasse hinc suppleri possent.*

Anthemius de machinis paradoxis seu incredibilibus E. 1. 13. pag. 163. *Sed merum fragmentum est, ac multis quidem in locis mutilum, vix vt aliquid inde sanum erui possit: videtur autem alicubi agere de vsione per specula, de incidentia radiorum in plana, &c. Idem codice K. 1. 14. sed planè à præcedenti diuersus in materia: nihil enim aliud continet, quàm de inscribendo cubo, aliisque corporibus regularibus in sphæra, quæ non differre videntur ab inscriptione corporum Euclidea. Idem est in Vaticana Romæ, sed non multò maioris videtur momenti.*

Antiochi Episcopi Ptolemaidos oratio in Natiuitatem Domini vnà cum aliis homilijs. E. 1. 13. pag. 57. De illuminatione cæci nati.

Antipatri Bostrensis Episcopi Sermo in natiuitatem S. Ioannis Baptistæ, in eodem codice. pag. 292.

Athenæus

Athenæus de Machinis bellicis A. III. I. K. IV. 12. *habeo penes me descriptum.*

Antonij Monachi Abbatis Asceticarum admonitionum cap. 160. A IV. 8. pag. 304. A. IV. 13. *forte eadem cum Melissæ.*

Apollodori Strategetica A. III. 12. *habeo penes me.* Idem in K. IV. 12. Z. VII. 16. *In iisdem codicibus* Bitonis, Heronis ac Africani seu Iulij Africani Cesti: *ita enim opus suum inscribit a rerum, vt quidam volunt, varietate quas cōtinet, deducta à Diones Cesti similitudine: nec male: nescio enim an tantum boni opus illud contineat, quantum continet mali: præterquam enim quod sequioris æui adeóque styli sit auctor ille, multa habet similia Tacticis Leonis, quædam etiam superstitiosa, ac verò ridicula: vt de curatione per Abracadabra: quædam Mu'omedica, falsa plurima.*

Apollonij Pergæi Conicarum sectionum libri quatuor cum schematibus & figuris accuratè delineatis: *Qui habentur etiam in Bibliotheca serenissimi Ducis Bauariæ, hactenus græcè inediti. Horum vii & reliquorum trium qui desiderantur supplementum è versione Arabica nuper ex Oriente allata meditatur prope diem I. Golius Lugduni Batauorum, suo Marte & ingenio adornatos, suppletos ac restitutos sed Latinè tantum, imprimit iam Antuerpiæ R. P. Claudius Richardi Mathematum Mantuæ Carpetanorum Regius Professor, & amicus noster in paucis.*

Basilij Philippensis oratio in Præsentationem Beatæ Virginis B. III. XI. *habeo penes me descriptam.*

Basilij & Gregorij Dialogus de Natura animalium.

Barlaami Monachi Logistice. lib. 5.

Athanasius de Vita S. Syncleticæ *multò copiosiùs quàm sit edita cum titulo profligatissimo S. Theclæ: de qua multa hinc inde fragmenta ac minutias collegit L. Coccus; adeo vt bene magnum de hac historia volumen ausit promittere, vti & de vita S. Demetrii, de qua simili modo congestis hinc inde nescio quibus rhapsodiis Tomum grandem edere cogitat. Ceterum S. Syncleticæ vitam Latinè reddidit Cosmas Fonteius, ac P. Lanselius à quo per R P. Schottum nactus est suam quam nuper edidit R. P. Bollandus.*

Bessarionis Epistolæ quædam ac sermones.

Callixti & Ignatii dogmatici sermones Z. II. 14. E. VI. 21.

Cosmæ Monachi Canones in Festa & Deiparam, vnà cum aliorum rhythmis ac melismatis H. I. 10. H. V. 18.

Critobuli homilia de passione Domini E. VI. 15.

Callisthenes de rebus gestis Alexandri Magni Z. VII. 4. Θ. VI. 30. *Sed vterque ὑποβολιμαῖος; stylus quippe recentior ac subinde barbarus adeò vt neotericus nescio quis Græculus potius videatur, quam antiquus ille scriptor.*

Chilonis Capita practica moralia centum quadraginta Z. V. 2.

Comanus Philosophus de Arte Chymica vnà cum ceteris cii...flonibus ac decoctoribus olei atque operæ.

Georgii Chrysococcæ Astronomica Persica.

Christoduli Monachi sermones contra Iudæos nouem Δ. III. 5.

S. Cyrillus Alexandrinus in Prophetas maiores Danielem, Ezechielem & Ieremiam: *Quæ sola in operibus eius nuper Parisijs excusis septem Tomis desiderantur. Ex ijs descripsit commentarium in Ieremiam P. Baltazar Corderius, quem hic habes, daturus cum eo reliquos in lucem si per PP. Hieronymianos licuisset. Sunt autem hæc in codice B. II. I. vnà cum Isaiæ Tomo satis crasso, sed folio minori littera rotunda aut semiquadrata, adeóque satis antiqua; ac eam ob rem paulatim in membrana deficiente atramento ita fugiens, vt multis in locis non nisi adhibito vitro conuexo legi potuerit; breuique metuendum sit, fore vt nihil amplius vllo modo legi possit, ac planè pereat.*

Constantini Manassis de venatione spinulorum. H III. 7. pag. 294. *Sed charactere adeò minuto, intricato, & præ temporis vetustate ac humore, quo permaduisse videtur, ita fugiente, vt non nisi grauissimo cum labore ac oculorum periculo perlegi posit: ac talis est totus ille codex H. III. 7. qui nihil nisi ineditum continet. Pleraque autem sunt*, Orationes Encomiasticæ *aut similes, hominum sequioris ætatis*, vt Eustathii, Nicolai, Michaëlis Saccularii, &c. *Eodem in codice est* Nicephori Regis encomium canis.

Pselli Encomium Tonsoris pag. 518. lin. 6. Pediculi pag. 519. Pulicis pag. 521.

Ibidem Eustathij Thessalonicensis Archiepiscopi Oratio ad eos qui in templo erant sancti Myroblytæ, id est Demetrii, in principio indictionis anno mundi 6702. *aliáque plurima, eiusdem &* aliorum quinquaginta ferè auctorum: sed eiusdem penè omnes ætatis ac farinæ, id est Græciæ deficientis miseræ reliquiæ, quorum nomina, vt pote barbara mihi non omnia occurrunt, nec verò operæ pretium est nosse aut apponere.

Eusebius Cæsariensis in Isaiam E. II. 14. De triduo sepulturæ Domini Γ. 14. 118. Γ. II. 4. Γ. II. 7. Eclogæ quædam in Prophetas minores. E. V. I pag. 24. B.

Ioannis Cantacuseni Imperatoris CP. contra Saracenorum sectam pro Christiana religione Apologiæ três. Eiusdem orationes contra Mahometh.

Georgii Diaconi Metochitæ de Processione spiritus sancti libri quinque.

Demetrii Cydonii (*siue alterius*) Chronographiæ Sacræ compendium & genealogia Christi seruatoris nostri, ab Adam vsque

ad eius Ascensionem arbore successionum expressa. *Liber recens in charta, forma grandioris folij.*

Georgii Monachi Syngeli Chronographiæ Epitome à C. Iulio Cæsare ad Diocletianum.

Theophanis Monachi Chronographia à Diocletiano ad Michaëlem & Theophylactum eius Filium. *Liber in charta recenti forma folij.*

Incerti historia breuis ab Orbe condito, ad tempora vsque Leonis Isauri.

Marcellini vel Hippolyti, siue potiùs incerti, Epitome temporum ab Orbe condito vsque ad annum vicesimum Heraclii Imperatoris cum Consulatibus & Indictionibus & aliis cognitione dignis.

Scholarii Patriarchæ interpretatio literarum quarumdam in sepulchro Constantini Magni repertarum.

Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani carmina.

Oratio de obedientia Constantini Magni ad Pont. Rom. *in charta recentibus literis in quarto.*

Michaëlis Glycæ Quæstionum sanctæ Scripturæ ex diuersis Auctoribus collectio.

Pselli expositio de Fide, & de eadem re Sophronius, Cyrillus & Anastasius Patriarcha Antiochenus.

D. Gregorii Nazianzeni Metaphrasis in Ecclesiastem. *Liber in membranis annorum DC. forma quadrata.*

Cæsarij B. Gregorii Nazianzeni fratris germani responsa ad quæstiones varias locorum sacræ Scripturæ à Constantio, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno & Isidoro ipsi propositas quo tempore à secretis erat & Constantinopoli commoratus fuit annos 20.

Marci Metropolitæ Ephesi Epistola inscripta Orthodoxis Christianis vbique terrarum existentibus & in eam Apologia Gregorii Magni protosyngeli ex diuersis sanctorum Patrum scriptis.

Ioannis Dociani Epistolæ.

Sophronij Archiepiscopi Hierosolymitani oratio in sanctum Baptismum seruatoris nostri.

Incerti narratio sanctæ & magnæ Ecclesiæ siue Templi Constantinopolitani sanctæ Sophiæ.

Ioannis Minimi varia capita ad Logicam pertinentia Cosmæ Episcopo Maiumæ inscripta.

Pselli Epistolæ 22. *In eodem codice.*

Epiſtolæ Gregorii Rhetoris Antiocheni 7. Theodori Metochitæ CXLV.

Apanthiſmata virtutum ſiue Florilegia aut ſelecta ex iiſdem, continens XXXVI. capita collecta ex Auctoribus Sacris & profanis Græcis & Latinis tam Philoſophis quàm Poëtis & aliis.

Incerti variæ Epiſtolæ laſciuæ lingua recenti Græcorum. *In charta in quarto.*

Nicephori Monachi & Presbyteri Blemmidis Pſalterii Dauidis interpretatio & Canticorum tam veteris quàm Noui Teſtamenti.

Eiuſdem Introductionis ad Logicam capita XL.

Zenodoti Philetæri de differentia vocum animalium.

Nicephori Blemmidæ Epitome Philoſophiæ.

Eiuſdem Compendium Geographiæ.

Nicephori Ponti Heracleenſis interpretatio & opinio eruditæ demonſtrationis de Diſciplina Aſtronomiæ.

Euſtathii Theſſalonicenſis Archiepiſcopi Oratio ad Michaëlem Stathmitem Saccularium & Chartophylacem, quòd ſæpe cum melodiis celebrare debeant memoriam martyris S. Demetrij. Z II. 9. pag. 17.

Oratio in principio Quadrageſimæ. *Ibid.* In fataliter faciles ad ineundam amicitiam, & in conſeruanda mutabiles. Ad amicum qui eum tacitè taxarat, &c. *Argumentum futile.*

Oratio de lectura principii hymni illius apud Græcos μυσικὸν ξένον, &c. De ſimplicitate, pace, moderatione & vſu diuitiarum Eccleſiaſticarum, & aliarum quarumcumque & contra odium irrationabile. De dilectione & anamnyſi recentis tunc confuſionis. Epitome eorum quæ ad Archipræſulis dignitatem ſpectant.

Damaſcius Philoſophus. Dubitationes & ſolutiones de primis principiis. In Parmenidem Platonis.

Demetrius Cydonius de Filij deitate & proceſſione Spiritus ſancti.

Eiuſdem Orationes & Epiſtolæ. E. VI. 5. In Demetrium Martyrem. Gratiarum actio ad B. Virginem.

Demetrius Cizicus contra Iacobitas.

Demetrius Cydonius de Proceſſione Spiritus ſancti contra Cabaſilam.

Demetrij Chryſoloræ Homiliæ. E. III. 11. De transfiguratione Christi. De ſepultura. De reſurrectione. De annuntiatione *abſque principio.* In dormitionem Deiparæ. *Sed ferè in omnibus eadem cum longa illa Oratione in eamdem Ioannis Geometræ, quam p[illegible] o[illegible] emori-*

deus

dem paratam cum sua interpretatione habet R. P. Corderius. In natiuitatem Domini.

Eucharistirion Deiparæ pro seruata Constantinopoli. In magnum Martyrem Demetrium.

Encomium pulicis. Tria hæc vltima alio ac recentiore sunt charactere; quare dubium, an Demetrij an alterius sint, cùm in titulis nullibi expressum sit illius nomen, sed tantùm τοῦ αὐτοῦ; quamuis stylus non multum ab illius dictione absit.

Demetrij Triclinij de Phasibus Lunæ ac maculis. A. II. 7. *Habeo penes me. In eodem codice.*

Manuel Moschopulus de inuentione numerorum quadratorum.

Maximi Planudis Arithmetica Indica.

Isaaci Argyri Geodetica.

Nicolai Artabardi de numeris quædam.

Democriti Physica & Mystica Chrysopœa vnà cum plurimis alijs huiuscemodi substantiæ decoctoribus B. VI. 8. K. I. 15.

Dionysij Alexandrini Epistolæ & alia plura A. IV. 16.

Eusebii Alexandrini Orationes H. III. 5. pag. 113.

Georgij Cypri Epistolæ 597. Z. VI. 10.

Georgii Nicomediæ Archiepiscopi Oratio de Præsentatione Deiparæ H. VI. 22. *Habeo penes me.*

Quæ ad opera S. Ioannis Chrysostomi pertinent, alio ac singulari indigent catalogo, quem dabo cum Paralipomenis illius Latinè redditis.

Encomium Chrysostomi à Ioanne Damasceno scriptum E. VII. 13.

Lexicon, seu explicatio vocum quibus Chrysostomus signanter vsus est.

Commentarij illius in Ieremiam & Isaiam *vix lectu*, ne dum tanto auctore digni, quos descripsimus. Alia quædam sunt in Psalmos non contemnenda, quæ etiam in editione Anglicana desiderantur: sed de his fusiùs & accuratiùs agam in Paralipomenis Chrysostomi breuî edendis in lucem.

Photij Patriarchæ Epistolæ 59. *Plerasque ex ijs etiam apud se habet Laurentius Coccus collectas.*

Eiusdem Homiliæ XI. XI. Δ. V. I. In Parasceuen. De Ascensione, εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων. De Annunciatione. In Parasceuen. In Baïa & Lazarum. In Natiuitatem Deiparę. De detectione imaginis eiusdem. De templo. De hæresi.

Nicolai Blemmidæ, Pselli opera omnia Rhetorica, Poëtica, Philosophica, Medica, Chymica, Mathematica.

Theodori Studitæ *nihil est ineditum quod non P. Sirmundus, qui nouam eius editionem molitur, præter* Cathecheses maiores 27. *ac* Orationem vnam εἰς τὸ ἔθλιον τῆς ϑεοτόκου, *quam à me descriptam ac Latinè redditam illi mittam.*

Ὑποθέσεις τῶν κατηχήσεων τοῦ πρώτου βιβλίου.

α´ Περὶ τῆς παντελοῦς παῤῥησίας καὶ τοῦ εὐχαρίστως ὑποφέρειν τοὺς πόνους.
β´. περὶ τῆς μεριμνης τοῦ κελλάρχου, κανδηλαφίου καὶ νοσοκόμου.
γ´ περὶ τῶν διακονιῶν.
δ´ περὶ τῆς ἀκρφύτου ἐξαγγελίας, &c.
ε´. περὶ τοῦ χωρισμοῦ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.
ς´. περὶ τῆς ἀγάπης καὶ σπουδῆς ἐν ψαλμῳδίαις.
ζ´. περὶ τῶν ἐν κοινοβίῳ ζώντων.
η´. περὶ τῆς ταπεινώσεως.
θ´. περὶ τῆς ἀποδόσεως μεγάλων ἀγαθῶν πρὸ μικρῶν ἀφιέντων.
ι´. περὶ τοῦ ἐν κοινοβίῳ σκάμματος.
ια´. περὶ τῶν νοσούντων.
ιβ´. περὶ τῶν λαγχανόντων φιλιῶν.
ιγ´. περὶ τοῦ ἀποτάσσεσθαι.
ιδ´. περὶ τοῦ καιροῦ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτεύξασθαι.
ιε´. περὶ τοῦ μὴ μεγαλύνειν ἄλλοι βίον ἀπὸ τῶν κοινοβιακῶν.
ις´. τῆς παντελοῦς παῤῥησίας.
ιζ´. περὶ τῶν πανουργιῶν τῶν δαιμόνων.
ιη´. περὶ τῶν ζωοποιῶν παθημάτων χριστοῦ.
ιθ´. περὶ τοῦ ὀλίγῳ οἴνῳ χρῆσθαι, καὶ τοῦ δέχεσθαι τοὺς παῖδας, καὶ τοὺς κυλλοὺς καὶ ἀναπαύειν.
κ´. περὶ μὴ λαμβάνειν βρώματα ἄνευ εὐλογίας.
κα´. περὶ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τῆς μονῆς ὡς τοῦ κυρίου.
κβ´. περὶ τῶν πταιόντων τὸ πῶς δεῖ ἀνίστασθαι.
κγ´. περὶ εὐχαρίστως ὑποφέρειν ἐναντία.
κδ´. περὶ τοῦ λυπεῖσθαι, &c.
κε´. περὶ τῶν θλίψεων.
κς´ περὶ τοῦ ἀγαπᾶν ἔσχατον εἶναι, &c.
κζ´. περὶ τοῦ ὑποφέρειν γενναίως.
κη´ περὶ τῆς εἰρήνης.
κθ´. περὶ τοῦ βίου ὀρθοῦ.

Leontij Presbyteri Orationes in Iob, Lucam, Pentecostem, &c.
Gennadij Scholarii orationes & de primo Dei cultu.
Procopius in Genesim.

Maximi Planudis Epiſtolæ & Orationes.
Philothei Patriarchæ ſermones in Euangelia.
Pantaleontis de eodem argumento, ſed videntur iidem.
Theon Smyrnæus in loca Mathematica Platonis.
Nicetæ Studitæ Orationes.
Apſinis Rhetorica. Ioſephi Rhacendytæ opera Rhetorica, Poëtica, Philoſophica, Mathematica. *Suntq́ eius Rhetorica in Bibliotheca Collegij noſtri Agennenſis in Gallia.*
Hippocratis quadraturæ circuli refutatio.
Ioannis Xiphilini ſermones in Euangelia. Z. I. I. 3.
Hermiæ Medici Mathematica & in Phædrum Platonis. K. III. 16. Δ. VII. 7. Θ. III. 7.
Heſychij Presbyteri orationes.
Hipparchus Philoſophus Λ. II. 8.
Ioannis Monachi Eubeæ oratio in Innocentes. H. III. 8.
Nicephori Gregoræ libri 29. *ex quibus* 11. *tantùm excuſi.*
Theodori Metochitæ varia & plurima.
Michaëlis Choniatæ Orationes. H. III. 7.
Marciani oratio in Præſentationem Deiparæ H. III. 8.
Theodori Laſcaris varia Θ. V. 2.
Theodorus Ducas. *ibidem.*
Barnabas Monachus de incarnatione.
Theophylacti Simocattæ Dialogus de variis dubiis Phyſicis.

Atque hic breuis eſt ſyllabus Auctorum mihi repertorum, quem & pleniorem & accuratiorem dediſſem, ni labores meos ſibi detinuiſſet is, cui amicè conceſſeram.

Hactenus R. P. Alexander Baruoëtius Soc. noſtræ; cuius Nomenclatorem hunc Scoriacenſem, noſtratibus Gallis penè omnibus, ipſis etiam Bibliopolis inſignioribus, hactenùs incognitum, viſum eſt è re litteraria cum aliis eiuſdem argumenti opuſculis αὐτοχειρὶ deſcriptum, ex tenebris atque obſcura caligine eductum in omniũ manus oculóſque emittere, vt Eruditi Lectores ac Librariæ Antiquitatis curioſi eum per otium committere poſſint cum iis, quæ de Scoriacenſi Regia illa Bibliotheca ante quinquaginta circiter annos publici iuris fècit R. P. Antonius Poſſeuinus ad calcem Apparatus ſacri. Equidem memini legiſſe me pagina 548. in Addendis ad Gerardi Ioannis Voſſii V. C. de Hiſtoricis Græcis libros quatuor ſecundæ editionis anno ſuperiori Lugduni Batauorum vulgatæ verba hæc: *Vtinam vero non vlterius eruditi Hiſpaniæ viri inuideant Reip. litterariæ ipſam Iamblichi Hiſtoriam Baby-*

lonicam; quam dicebam extare in Scoriaca siue S. Laurentij Bibliotheca. Ita enim didici ex edito eius Bibliothecæ indice, concinnato à Martino Abbate Lafarinæ, Philippo IV. Hispaniarum Regi à sacris Domesticis ac consilijs. Verum quis sit ille Lafarinæ Abbas, an diuersus ab Abbate de Farina Siculo, quem REGI CATHOLICI ab oratorio fuisse comperi, & vbi Catalogum illum suum ediderit, quáue formâ, quóue successu (licet à multis hactenus quæsiuerim) fateor me iuxtà cum ignarissimis ignorare. Si quando in manus meas venerit, & in eo plura deprehenderim, quam in nostro hoc Baruoëltiano Syllabo, Lectoribus in alterâ editione significare non grauabor.



NOVÆ



SPECIMINIS
ANTIQVARVM LECTIONVM
LATINARVM ET GRÆCARVM
SVPPLEMENTVM QVARTVM.
EX CATALOGO MSS. LIBB.

Illustrissimi & Reuerendissimi Domini D. CAROLI DE MONTCHAL ARCHIEPISCOPI TOLOSANI.

Catalogum illum integrum propria manu descriptum commodauit R. P. Ludouicus Iacob à S. Carolo, Cabilonensis, Ordinis B. Mariæ de Carmelo, ex quo Excerpta quædam delibaui, eorum præsertim Auctorum, qui nondum lucem viderunt. In ijs verò non seriem Alphabeticam, sed codicum ordinem sequar, nec codicum formam maiorem, minorémve, aut chartam membranásque annotabo, cum id sit longioris operæ. Initium autem ac finem saltem in quibusdam adscribam.



IN COD. Primo, 1. Tabulæ Paschales Hippolyti Episcopi Portuensis Græcè & Latinè, cum vita eiusdem Hippolyti ex libro sancti Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis Græcè. 2. Commentarius Italicus recenti manu in easdem tabulas. 3. S. Gregorij Nysseni liber de vita Sanctæ Macrinæ Græcè sine principio descriptus ex codice Bibliothecæ Cryptoferratensis. 4. Hypsiclis Anaphoricus cum Scholijs & figuris. 5. Ptolemæi Magna constructio cum Prolego-

menis & quibusdam ad marginem Scholijs. 6. Κλαυδίου Πτολεμαίου σύνθεσις τῶν πλανωμένων liber pulcherrimè descriptus. Inc. τὰς ὑποθέσεις. desinit, ἰσοταχῶς.

Cod. iv. In quo desunt à principio folia octo, continet sermones & orationes Ioannis de Cardalhaco Archiepiscopi Bracarensis, deinde Tolosani, qui vixit tempore Vrbani Papæ, & fuerat Doctor Regens Tolosæ.

Cod. v. Galeni volumen magnum Græcè elegantissima manu satis antiqua in membranis mundissimis scriptum.

Cod. vii. Ieremiæ Patriarchæ C. P. Διδασκαλία ποιμαντική Admonitio ad Germanos, cum eiusdem epistola ad Iacobum Theologiæ Professorem & Martinum Crusium, Græcè scripta.

Cod. ix. 1 Ioannis Zonaræ expositio in Canones Synodorum. 2. Epistolæ Canonicæ Græcorum cum expositione Zonaræ. 3. Manuelis Comneni Imp. nouella de Homicidiis voluntariis 4. Alia nouella quæ agit de forma iudiciorum, actione causarum, diebus feriatis, & subiungitur Catalogus Feriarum. 5 Alia Nouella de Melchisedecitis, Theodotianis & Atinganis, de professione fidei eorum & Saracenorum, antequàm ad Baptismum admittantur. 6. Epistolæ quędam Theodori Studitæ. 7. Expositio vnionis Ecclesiasticę factę sub Constantino & Romano 8. Anonymi opusculum de azymis. Inc. τὸ ἄζυμα. Desinit ἀπέδειξεν. 9. Interpretatio quarumdam vocum. 10. Interrogatio, quorumdam Monachorum ad Patriarcham Nicolaum. Inc. ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς. Desinit, πολιτείας αὐτῶν 11. Ioannis Ieiunatoris Sermo πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεῦσαι τὸν πνευματικὸν πατέρα, siue Oratio ad Pœnitentes, cui subiungitur formula precum & absolutionis. 12. Acta synodica mense Maio, Indictione tertia, præsidente Patriarcha Leone. 13. σημείωμα ἐπὶ ὑποψηφίων, Synodica quatuor sub Michaële & alia. 14. σημείωμα τῆς ὑποψηφίσεως τοῦ χαρτοφύλακος Π. Κ. Κοσμᾶ, Inc. μηνὶ φεβρουαρίῳ Dei. Γοτθίας Κωνσταντῖνος ἐξείπας ὑπέγραψα 15. Excerpta quædam ex Nouella Iustiniani de Episcopis. 16. Sisinnij P CP. περὶ τῶν κεκωλυμένων κἀπιτετραμμένων καὶ περὶ ἀκριβοῦς συγγενείας βαθμῶν. 17. περὶ τῆς ψήφου τῶν προγάμων. 18. ExpositioOfficiorum Magnæ Ecclesiæ & alia eiusdemmodi.

Cod. xi. 1. Pediasimi Principis Philosophorum expositiones particulares in quædam loca Cleomedis. 2. Scholia antiqua incerti auctoris ad Cleomedem. 3. Alia item scholia ex codicibus Bibliothecæ Vaticanæ descripta.

Cod. xii. 1. Diophanti Alexandrini Arithmetices libri sex cum scholijs Maximi Planudis in duos tantùm libros. 2. Eius-

dem de numeris Polygonis omnia cum Vaticanis codicibus diligentissimè collata & Latinè versa à Iosepho Auriâ. 3. Heronis Alexandrin περὶ αὐτομάτων, de his quæ per se & sponte faciunt, Latinè tantum ex versione eiusdem Iosephi Auriæ.

Cod. xiii. Damascii Philosophi Dubitationes & solutiones de primis principijs. Præmittitur eius vita ex Suida & Index τῶν ἀπορημάτων. Deest aliquid in fine.

Cod. xiv. Pappi Alexandrini συναγωγῶν γ'. continet Problemata Geometrica.

Cod. xvi. Theonis Smyrnæi τῶν εἰς τὸ μαθηματικὸν χρησίμων de cæli & terræ figura ex astrorum motu. Incipit ὅτι πᾶς ὁ κόσμος Desi. τὰ ἐλάχιστα κὶ ἥμισυ.

Codd. xix. & xx. Heronis Alexandrini πνευματικῶν liber primus cum versione Iosephi Auriæ. Item liber secundus.

Cod. xxi. Theonis Smyrnæi Platonici de ijs quæ ex Mathematicis vtilia sunt ad lectionem Platonis.

Cod. xxii. Heronis Alex. εἰσαγωγαὶ τῶν γεωμετρικῶν καὶ τῶν στερεομετρουμένων, cum Didymi Alex. de marmoribus & lignis omnis generis.

Cod. xxiii. Heronis Alex. περὶ γεωμετρουμένων.

Cod. xxv. 1. Athenæi de machinis cum figuris eleganti manu. 2. Bitonis instrumenta bellica. 3. Heronis Basilica. 4. Eiusdem βελοποιητικά. 5. Ex Apollodori Polyorceticis. 6. Heronis γεωπονικὸν βιβλίον elegantissima manu descriptum ex codice Vaticano, à Ioanne à sancta Maria oriundo ex Metropoli Cypri Leucosia. 7. Eiusdem εἰσαγωγαὶ τῶν γεωμετρουμένων. 8. eadem manu Heronis metrica 9. Heronis περὶ μέτρων. 10. Eadem manu Euclidis ἐνθουσιαστικά 11. recentiore manu liber de numeris sine principio & fine. 12 Georgij Pachymeræ, vt colligitur ex fine, Arithmetica capp. ϙδ'. 13. Eiusdem Harmonice.

Cod. xxvi. Ioannis Chrysostomi aliquot Homiliæ in Psalmos.

Cod. xxviii. 1. Aristidis Quintiliani de Musica libri tres. 2. Manuelis Bryenij Harmonicorum libri tres. 3. Plutarchus de Musica. 4. Euclidis introductio Musica. 5. Euclidis κατατομὴ κανόνος. 6 Aristoxeni Harmonices elementorum libri tres. 7. Alypii introductio Musica. 8. Gaudentij Philosophi introductio Harmonica 9 Nicomachi Geraseni Pythagorici Enchiridion Harmonices in tres libros diuisum, præmisso indice. 10. Claudii Ptolemæi Harmonicorum libri tres. 11. Commentarius Porphyrii in harmonica Ptolemæi. Omnia cum figuris merè Græca &

ſubinde additis ſcholiis, dicitur liber hic ſcriptus ab Angelo Vergetio Cretenſi anno 1537. decima ſexta die menſis Aprilis & ſubnectuntur variæ lectiones; ſed pauculæ.

Cod. xxix. Æliani variæ Hiſtoriæ libri xiv. & de Proprietatibus animalium libri xvii. cum Excerptis Heraclidis de rebus publicis.

Cod. xxxii. Numeris 24. diſtinguitur: ex iis pauca delibabo 2. Philippi Syropuli aliquot Epiſtolæ ad Imperatorem & Imperatricem non nominatos. 7. Sermo Siſinnii Arch. CP. de Miraculo S. Michaëlis in Chonis Inc. θαυμάσια τὰ ἔργα σου κύριε 8. Leonis Imp. oratio in S. Nicolaum Græcè ac Latine edita, ex verſione R. P. Petri Poſſini Soc. Ieſu Theologi. 22. S. Ioannis Damaſceni encomium in S. Chryſoſtomum 23. Conſtantini Imp. filij Leonis encomium in eumdem, &c.

Cod. xxxiv. Mitralis, forte Michaëlis, Sichardi Epiſcopi Cremonenſis libri nouem de officiis Eccleſiaſticis. Inc. Diuitem prudentem. Deſ. apparuerit gloria Domini.

Cod. xxxv. Georgii Syncelli Chronicon; item Ioannis Monachi Sinaitæ Hiſtoria Barlaam & Ioſaphat, quæ vulgò tribuitur S. Ioanni Damaſceno. Titulus eſt ἱστορία ψυχωφελὴς ἐκ τῆς ἐνδοτέρας τῶν Αἰθιόπων χώρας τῆς Ἰνδῶν λεγομένης πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν μετενεχθεῖσα διὰ Ἰωάννου μοναχοῦ ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου μονῆς τοῦ ἁγίου Σινᾶ. Procemium incipit, ὅσοι πνεύματι liber inc. Η τῶν Ἰνδῶν λεγομένη χώρα.

Cod. xli. 1. Chronica F. Martini Pœnitentiarii Domini noſtri Papæ & Capellani. 2. Chronica F. Bernardi Guidonis Ord. Prædicatorum. Inc. Romanorum Pontificum. Deſ. Fundatio & origo. 3. Chronicum antiquum Vticenſe ſeu Vzatenſe ex archiuis Sancti Theodorici Vzatenſis, ad marginem Superiorum Chronicorum deſcriptum. 4 libellus de locis ſanctis. Incipit, Miletus ſeruus Chriſti. Deeſt finis; ſed deſinit: & lætitia magna in Antiochia per quinque menſes & octo dies.

Cod. xlii. Ptolemæi Geographia. In ſeq. cum Comm. Euſtachii in Iliadem fine ac principio mutilis commentatiolus de Aſtrolabio.

Cod. xliv. Alypii Iſagoge Muſica. 2. Gaudentii Philoſophi Iſagoge Harmonica. 3. Anonymi opus de Muſica 4. Bacchij ſenioris Iſagoge artis Muſicæ. 5. Euclidis Introductio Harmonica. 6. Euclidis ſectio canonis. 7. Theonis Platonici ἐγκεφαλαίωσις καὶ σύνοψις τῆς ὅλης μουσικῆς. 8. Ariſtoxeni harmonicorum elementorum libri tres. 9 Nicomachi Geraſeni Pythagorici Enchiridium Muſicum in duos libros diuiſum. 10. Ariſtidis Quintiliani de Mu-

ſica

ſica libri tres. 11. Manuelis Bryennii harmonicorum libri duo.

Cod. XLVI. Papyraceus varia manu. 2. Chronicum ſeu fragm. Chronici: Incipit τείτῳ τῷ ἔτει Deſ. de Licinio κατὰ τὸ συνειγχίτε μιαιφόνον cum genealogia Conſtantini Magni. 3. Epitaphium Card. Alexandri Farneſii, Corteſii. 4. litera ſiue arreſtum Vice-Regis Neapolis 1585. die 26. Augusti de Equitibus Crucis S. Georgii. 8. Synaxarium ex enchiridio 52. D. Thomæ Aquinatis Græcè. 9. Donatio Græca Conſtantini Demetropuli cognominati Ebræi ſub Imp. Michaële Cabace. 10. Decem præcepta Græcè & Latinè & officium B. Mariæ. 11. Cerameiſeu Cerametæ, cur Chriſtus poſt Reſurrectionem ederit ex particula piſcis aſſi & mel. Inc. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία Deſ. μέλι καὶ τὸ κηρίον ἔχομεν τῷ κυρίῳ προσφερόμενα. 14. Allegoriæ Biblicæ de elephante, pelicano, nycticorace, aquila, teſtudine, perdice & monocerore. 15. Genealogia B. Mariæ. 16. Voces ex Batrachomyomachia. 17. Michaëlis Apoſtolij verſus politici in laudem Batrachomyomachiæ Homericæ. 18. Monoſtichæ ſententiæ Græcè & Italicè. 19. Fabula hirci & vitis quatuor Senariis. 20. Epitaphia & inſcriptiones Græcè. 21. de Biſſexto, Indictione, &c. 22. Anonymi λόγος παρακλήσεως εἰς κοιμηθέντας. 23. λόγος παρακλητικὸς εἰς κοιμηθέντας: ad marginem rubrica ἀββᾶ μιχαὴλ οἴμαι 24. Ioannis Damaſceni ἐξήγησις de ſtatu mortuorum verſibus Politicis. Inc. ἄρξω λαλεῖν Deſ. τὸ χαίρειν μετὰ χαιρόντων τὸ συμπενθεῖν πενθοῦσιν. 25. Oratio εἰς τὰ βάϊα Inc. ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἐλαία Deſ. καὶ ὑμεῖς οἱ χριστιανοὶ σήμερον ἐκλάβωμεν agit de ſeptem donis palmæ & oleæ: ad marginem ἀββᾶ Ἀγγέλου τοῦ Καλαβροῦ φοιτητοῦ Κωνσταντίνου Λασκάρεως τοῦ Βυζαντίου. 26. de nominibus Dominicæ diei. 27. de Antichriſto & quæſtiunculæ ænigmaticæ. 28. Epitaphium Annæ Sinopitæ vxoris. 29. Anonymi Proſodia Græca. 30. Voces ex carminibus Pythagoræ & Phocylidis. 34. Epitaphium Cardinalis Sirleti Græcè. 35. Gabriëlis Archiepiſcopi Achridæ Epiſtolæ anno 1585. ſcriptæ. 36. Damaſceni oratio de reſurrectione mortuorum Græcè & Latinè. Incipit πιστεύομεν δὲ Deſ. εὐφροσύνην χαρισάμενοι 46. Officium λυχνικόν. 47. Orationes pro puerperis & ritus offerendi recens natos in Eccleſia. 48. Simeonis Hieromonachi Eccleſiæ S. Michaëlis ſeu Contoſtephani in Monembaſia Emphytheoſis terræ anno 1326. 49. Iſidori Epiſcopi Αλεξανδρείας Epig. Græc. in Cardinalem Æmilium Camilli Peruſcum & Hippolytum Barulam Camilli Peruſci epiſtola Græcè ad Emanuelem Probatorem. 50. Index Epiſtolarũ circà cauſam Arrii & Athanaſii. 51. Hippolyti Epiſcopi Romæ in Suſannam. 52. Index codicum græcorum Card. Iuſtiniani. 54. Epiſtolæ Græcæ ad Ioannem certum. 55. Indiculus libro-

rum Græcorum. 56. Italicus Tractatus anno 1595. de Episcopis Ruthenis Romæ existentibus & obedientiam Papæ præstantibus. 58. Priuilegium Græcum Gerasini Prępositi Monasterio SS. Petri & Pauli 59. Nicolai Ferrigæ epistola à Gregorio XIII Græcè. 61. Catalogus Bibliothecæ Monasterii Insulæ Patmi. 62. Procli CP. Sermo in Theophania. 63. Variæ Lectiones in Cleomedis meteora. 64. Variæ Lectiones ex Ethicis Aristotelis. 66. Collatio libelli Michaëlis Pselli de Astronomia cum mss. Vaticano.

Cod. XLVII. Anonymi paraphrasis Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, Incipit Ἐν πάσῃ τέχνῃ Des. λέγομεν ἂν ἀρξάμενοι.

Cod. XLVIII. Patrisiani (legendum haud dubie Prisciani) Philosophi Lydi metaphrasis Theophrasti περὶ αἰσθήσεων. Inc. περὶ αἰσθήσεως Des. τὰ κοινὰ τῆς πάμπαν βιβλίῳ ἐπεξεργαζόμενοι. Eiusdem Patrisiani Lydi metaphrasis in librum Theophrasti περὶ φαντασίας. Inc. ἡ φαντασία περὶ ἧς Des. ἡ δὲ τοῖσδε γίνεται deest finis. Excusa est vtraque metaphrasis Græcè cum Theophrasti operibus in folio Basileæ apud Ioannem Oporinum anno 1541.

Cod. L. Origenis Adamantii dialogus de Orthodoxa fide ad Megethium, Marcum, Droserium, Valentem & Marium Hæreticos. Inc. ὑπὲρ μὲν ἰδίας αἱρέσεως Des. σὺν ἡμῖν καὶ φυλάξαι δεινῶν μαθημάτων μέσον. Sequuntur Maximi Tyrij Sophistæ oratio quis sit Deus secundùm Platonem, Zachariæ Scholastici deinde Episcopi Mitylenęi Ammonius seu dialogus, quòd mundus non sit coæternus Deo, & Æneę Sophistæ dialogus Theophrastus de anima & resurrectione. Accedunt Preces dictæ tẽpore diuinæ cõmunionis.

Caspari Hofmanni Apologiæ pro Galeno seu Χρηστομαθειῶν libri tres. Quorum primus continet τὰ Εἰσαγωγικά. Secundus τὰ Φυσιολογικά. Tertius τὰ Παθολογικά.

Eiusdem V. C. Caspari Hofmanni Praxis medica: hoc est Galeni methodi medendi libri 14. noua versione & commentariolis illustrati à Casparo Hofmanno. Adiectæ sunt quatuor Oratiunculæ eiusdem Auctoris de dicterio illo, *Medicè viuere esse miserè viuere.*

Vita Medica, hoc est Galeni ὑγιεινῶν, siue Methodi sanitatis tuendæ libri sex, noua versione & commentariolis illustrati à Casparo Hofmanno.

Theophrasti de Historia plantarum libri nouem cùm fragmento decimi à Gasparo Hofmanno interprete dicati D. Guidoni Patino Bellouaco Doctori Medico Parisiensi, quem amicum suum incomparabilem vocat.

De anima & eius facultatibus, prout Medicus eam considerat; ad virum clarissimum D. Henricum Gras Medicum Lugdunensem.

Tractatus Physiologici tres quorum I. est de Partibus similaribus II. De Spiritibus & calido innato. III. De Humoribus. *Quorum omnium, aut saltem præcipuorum, vrgebitur editio, quam primùm licuerit per Bellonam, cuius furoribus tota Gallia miserè iam ab aliquot annis exæstuat.*

APPENDIX SVPPLEMENTI V.

A Clarissimis Viris Renato Moreo & Guidone Patino celeberrimis Medicæ Facultatis Parisiensis Doctoribus non patiar seiungi vtrique à primis ineuntis adolescentiæ studijs coniunctissimum V. C. Gabrielem Naudæum, Parisinum, Doctorem Medicum ac Priorem Artigiæ in Lemouicibus: & quæ in eius celeberrimâ Bibliotheca (præter inserta iam ante singulis penè paginis nostri Antiquarum Lectionum Latinarum Græcarumque speciminis volumina calamo exarata) secundis veluti curis & attentiori inspectione deprehendi, ea hic vix vllo seruato ordine quasi per saturam ἀθρόως confertimque, vt se in manum oculósque conieccerint, collocabo. Tuum erit ex spicilegio, Lector, quanta sit messis, admetiri, & doctissimi viri propensum in litteratos omnes studium ac beneuolentiam, si tuæ res litterariæ id postulant, experiri.

IN Codice Naudæano 2. Extant S. Bonifacii Martyris atque Archiepiscopi Moguntinensis aliorumque ad ipsum Epistolæ non eodem, quo à R. P. Nicolao Serario Soc. nostræ Theologo editæ prorsus ordine, neque iisdem contextæ verbis, aut in omnibus similes. Ibidem quoque continentur Nicolai I. Summi Pontificis Epistolæ, quas operæ pretium fuerit conferre cum iis, quæ Romæ ac deinde Lipsiæ in Germania vulgatæ sunt. Incipit Codex: Imp. Pio Augusto Constantino Imperatore anno XXVI. post consulatum eius anno quinto, mense Octobri, die 25. Indictione 14. Sequitur alia Epistola sine inscriptione, quæ sic exorditur: Perlectis sanctitatis tuæ litteris gauisus sum, &c. agitque de omnibus Ecclesiæ gradibus, &c. videturque mutila.

Codex 7. mss. eiusdem Bibliothecæ in membranis descriptos habet diui Aurelii Augustini libros XXII. de Ciuitate Dei integros

gros charactere optimo inter ordinarium & vncialem medio, proindéque lectu facillimo: vt propterea sub eius finem legantur hæc verba: Ego Presbyter Antonius Nicolette de Ciuita Ducali scripsi hunc librum in duobus annis. Sequuntur deinde Flores ex illis XXII. de Ciuitate Dei libris per veritates collecti, quarum initium: Prima veritas, quòd illa disciplina quæ à teneris annis imbuta est, &c. Finis verò: Nam quis est alius noster finis, nisi peruenire ad regnum cui nullus est finis. Deinde, expliciunt conclusiones siue commentum Magistri Francisci de Mayronis in omnes libros B. Augustini de Ciuitate Dei: Finiui ego Antonius Nicolette de Ciuita Ducali, de mense Februario, die prima, anno currente 1449. semper Deo gratias referendo.

In codice Naudæano X. membranaceo I. Constitutiones & sententiæ per D. Episcopum Reatinum in palatio Papali præsidente Capitulo Reatino in plena synodo die 4. Aprilis anno Domini 1303. Indictione prima Pontificatus D. Bonifacii Papæ octaui anno nono latæ & promulgatæ. Principium dictarum constitutionum nimio vsu & attritu prorsus euanuit, quantum scilicet tota priori pagina continebatur, reliquis omnibus integris existentibus. II. Constitutiones & sententiæ per D. Episcopum Reatinum in Palatio Papali generali synodo latæ & promulgatæ die sexta Aprilis anno Domini 1315. Ecclesia Romana Pastore vacante. III. Summa omnium Ecclesiarum tam ciuitatis quàm diœcesis Reatinæ & censualium & illarum quæ respondent Ecclesiæ Reatinæ facta iussu D. Thomæ Episcopi. Principium: Nos Thomas permissione diuina Reatinus Episcopus. Finis. Expliciunt Constitutiones & redditus & prouentus Episcopi Reatini. IV. Litteræ Apostolicæ Lucii Papæ tertii directæ Benedicto Ecclesiæ Reatinæ Episcopo super terminis & finibus Diœcesis Reatinæ. Datæ Veletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii IV. Nonas Iulii, Ind. XV. Inc. Dom. anno 1182. Pont. eiusdem Lucii anno primo. V. Litteræ Apostolicæ Innocentii Papæ quibus monasterium sancti Loperdi de Colle ferrato declaratur subiectum Episcopo Reatino cum facultate exigendi procurationes, &c. Datæ Laterani 6. Kal. Maii, Pontificatus eiusdem anno sextodecimo. VI. Diploma Geraldi Dei gratia Abbatis almæ vrbis, Patrimonii B. Petri in Tuscia, Ducatus Spoletini, Campaniæ Maritimæque Prouinciarum, necnon Perusinæ ciuitatis, &c. Rectoris & Gubernatoris Generalis contra accedentes ad Monasteria absque licentia. Datum Perusij die 22. Iunij XI. Indictione anno 1373. Pontificatus Gregorij XI.

anno tertio. VII. Constitutio quædam Blasij Episcopi Reatini facta iussu Ægidii Cardinalis anno VIII. Literæ Gregorii XII. Summi Pontificis directæ Prioribus populi & cõmunitatis Ciuitatis Reatinæ de electione sua & voto compescendi schisma, modò Petrus de Luna moram per se huic negotio non afferat. Datæ Romæ apud S. Petrum duodecimo ab assumptione die, XI. vero Decembris anno à Natiuitate Domini 1406. Quod autem Bulla siue plumbum vna tantum parte signatum sit capitibus Apostolorum, nuda remanente parte altera, huius rei Summus ipse Pontifex causam hanc sub litterarum eiusmodi finem assignat: De hoc autem quod Bulla sine impressione nostri nominis est appensa pręsentibus, nullus debeat admirari: nam ante coronationis nostræ solemnia vsus perfectæ Bullæ cum huiusmodi nominis impressione non habetur. IX. Exemplum literarum missarum per supra dictum Dominum Papam aduersario suo Antipapæ de quibus supra fit mentio in literis Gregorii Papæ; Datæ Romæ ibidem & eodem anno, die verò X. ab eiusdem assumptione & X. Decembris. X. Copia cuiusdam constitutionis Benedicti Papæ, super officio visitatoris, quod continet modificationem recipiendę procurationis à Prælatis suas diœceses visitantibus. Datum XV. Kalendas Ianuarii Pontificatus eiusdem anno secundo. XI. Instrumentum & transumptum cuiusdam Priuilegii fundationis monasterii sancti Angeli de Veins de Ciuita reali Reatinæ diœcesis concessi per recolendæ memoriæ Dominum Fratr. Blaxium dudum Episcopum Reatinum sub appensione eius Pontificalis sigilli, &c. XII. Nota priuilegiorum Abbatis sancti Laurentii Terræ monte regalis vel in Ecclesia sancti Laurentii de Monte Portio situatæ in territorio Fani Comitatus eiusdem terræ, &c.

In codice XIV. eiusdem Bibliothecæ post Damasi seu potiùs Anastasij Bibliothecarij librum de vitis Pontificum vsque ad Nicolaum I. & Guillelmi similiter Bibliothecarii Appendices aliquot, extant vitæ Pontificum cæterorum à Pandulfo Pisano aliisque continuatoribus perductæ vsque ad Martinum V. quem ictus sanguinis anno 1430. è viuis sustulit.

Martini Poloni Summi Pontificis Capellani & Pœnitentiarii Chronicon extat in codice XX. Bibliothecæ Naudæanæ membranaceo admodū vetusto post prouerbia Annæi Senecæ alphabeticè disposita, dicta septem Græciæ Sapientum (quæ Tractatus Chilonis nonnumquam appellatur, quod Chilonis Mindii dicta primo loco referantur) tractatus de quatuor virtutibus ac remedijs fortuitorū eiusdem Senecæ. Incipit Chronicon illud, quemadmodum in

editis: Desinit verò in Clemente IV. Romano Pontifice & Frederico II. Romanorum Imperatore, videtúrque, vt in fine, sic in multis aliis diuersum ab excusis, ac in eo præsertim quòd Ioannæ Papissæ, vt vocant, nulla in eo codice occurrat mentio, quamuis codex ipse suâ potissimùm vetustate insignis censeri debeat. Extrema eius verba hic adscribam: Duo quoque Cardinales Iacobus Prænestinus & Otto pro subsidio Ecclesiæ contra Fredericum Legati vltra montes missi, quum redirent ad Curiam cum pluribus Prelatis per naues Pisanorum capiuntur.

In codice XXI. Naudæano habentur I. Exemplar cedulæ subscriptæ & iuramento firmatæ à Cardinalibus in creatione Petri de Luna seu Benedicti XIII. Princ. Nos omnes & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in conclaui ante altare, &c. II. Responsiò eiusdem Papæ facta die Dominica XX. Iunii 1395. cum illi significaretur vt ex præscriptis in illa formula ageret: Incipit, Benedictus, &c. cum dudum ad procurandum & accelerandum scissæ Dominicæ vestis, &c. III. Eiusdem responsio data eodem anno Ducibus Ioanni Bituricensi, Philippo Burgundiæ patruis, & Ludouico Fratri Caroli Francorum illustris eiusdémque Ambaxiatoribus super viis honestis, vtilibus, iuridicis ad tollendum schisma, & incipit: Benedictus, &c. quamuis nuper dilectis filiis Ducibus, &c. & hæc est secunda responsio. IV. Tertia eiusdem Papæ responsio in facto cedulæ, cuius se tenorem seruaturum profitetur contra quàm multis persuasum erat: incipit: Benedictus, &c. V. Dubia seu quæstiones super cedula subscripta per Dominos Cardinales in conclaui. Principium, Ista omnia supradicta huc schedula vsque continet, &c.

In codice XXII. Processus factus per R. P. D. Ademarum tituli sanctæ Anastasiæ Presbyterum Cardinalem super suspicione hæresis contra Franciscum de Ordelafis de Forliuio. Incipit: Anno Domini 1346. Indictione 14. die Veneris Mensis Octobris Pontificatus S. D. Clementis diuina prouidentia Papæ VI. anno V. Reuerendus in Christo Pater & Dominus Ademarus, &c Desinit: Guillelmo de Gordonio Rectore Ecclesiæ sancti Laurentii prope Brageriacum Sarlatensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis.

In codice XXIII. Instrumentum obedientiæ prestitæ à Dominis Galeacio & Pandulfo de Malatestis pro ciuitate Ariminensi. Incipit: Aymericus tituli S. Martini in montibus Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus. Ad notitiam præsentium & perpetuam memoriam futurorum. Dudum propter rebelliones

inobedientias, &c. Acta fuerunt hæc circa annum 1343. Clementis VI. secundum. Sequuntur posteà varia instrumenta syndicatus ciuitatum Arimini, Fauentiæ, Rauennæ, Ceruiæ, &c. quę parum se obedientes Romano Pontifici præbuerant.

In XXIV. & XXV. codicibus prætereà de quibus diximus suprà pag. 39. in tertia parte speciminis Antiquarum Lectionum Latinarum, continentur I. Relationes factę D. Geraldo de Valle Diacono Neapolitano S. D. Papæ Capellano in Regno Siciliæ citra Pharum Apostolico Nuntio & Recollectori censuum de omnibus beneficiis eorúmque fructibus & emolumentis dicti Regni Siciliæ. II. Computus Thesaurariæ Bononiensis de mense Iulii & Augusti 1364. Actuariorum sigillis munitus. III. Ordo iudiciarius in Foro Ecclesiæ editus per Magistrum Ægidium de Fosariis de quo sectione VII. Partis IV. initio pag. 53. dictum est. Incipit: Ego Ægidius de Fosariis Ciuis Bononiensis Doctor Decretorum licet indignus &c. Desinit: Hoc igitur opere vtilia ponetis. V. cum Procuratorio Nuntiorum Henrici Imperatoris seu Regis Romanorum venientium pro eo ad præsentiam Domini Papę habentur, Decretum Electionis Regis Romanorum, Tenor pronunciationis Domini Papæ factę post multos dies longa deliberatione habita super illo facto Regis Romanorum, Instrumentum fidelitatis præstitum Domino Papę per nuntios & Procuratores Regis Romanorum, litterę Domini Papę subditis Regis Romanorum. VI. Fragmentum cuiusdam Registri de Censibus pertinentibus ad Ecclesiam Romanam in diuersis regnis & mundi partibus, seu potius Recensio & inuentarium, &c. Incipit à litteris & diplomatibus Imperatoris Constantinopolitani loco tituli: deinde, Michaël & Andronicus eius filius, &c. Adduntur in quibusdam argumenta & summaria. VII. Fragmentum Homiliarum in quo habentur Sermo sancti Maximi & Sermo S. Augustini de Aduentu Domini: reliqui vnde sint desumpti non dicitur, desiderantúrque principium & finis. VIII. Processus pro Canonizatione & sanctificatione S. Ludouici Confessoris atque Pontificis Ordinis sancti Francisci. Incipit: Signum magnum apparuit in cælo Ecclesiæ militantis cùm diebus istis nouissimis, &c. Desinit, Datum Auenioni VII. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno primo. IX. Acta criminalia contra Guillelmum Brimionis de Samur, qui missis ad Benedictum XIII. litteris cuiusdam Charloti nomine Ioannem de Athenis & alios qui præstigias & veneficia in ipsum Pontificem parauerant, prodere promiserat, eóque nomine permultas ab ipso pecunias extorserat. Habentur ibidem interroga-

interrogationes sociorum eiusdem Brimionis factæ tum in sancto Victore ab Auditore Cameræ, &c. tum in Turri Trullathij Palathij Auenionensis ab Abbate Balneolarum anno 1408. x. Rationes subductæ ab Arditio de Tridino & Bonauentura Clusino eius Vicario de collectis & decimis ordinatis pro subsidio terræ sanctæ secundùm quod à variis Collectoribus variis in locis acceptæ & expensæ fuerunt. Incipit: In Christi nomine in hoc libro continetur qualiter olim Arditius de Tridino Decanus Nicosiensis executor subsidij terræ sanctæ in partibus Lombardiæ, Marchiæ, Taruisinæ Aquileiensi & Gradensi Patriarchatibus & Archiepiscopatu Ianuensi pro sede Apostolica, &c.

In codice xxvi. I. Acta diuersa quibus Benedictus xiii. coactus fuit cedere tandem Pontificatu, & ex præscripto cedulæ agere, vt finis daretur grauissimo schismati quo tunc conflictabatur Ecclesia. Incipit à cedula Conclauis. Nos omnes & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in Conclaui, &c. Desinit: Sextò quòd præstantes eidem Benedicto obedientiam vel iā substractam restitui procurantes grauissimè offendunt Christum & eius Ecclesiam sacrosanctam II. Consultatio Ioannis de Lignano super electione Vrbani vi. facta post mortē Gregorij xi. non liberis, vt videtur, suffragiis, sed tumultuante populo Romano & Romanum aut saltem Italicum Pontificem minaciter effractisque iam Palatij Apostolici valuis à Cardinalibus ipsis metu consternatis. Vndè quæritur primò vtrùm ista electio Canonica fuerit. Deinde si à principio non fuit Canonica, vtrùm tacitus consensus omnium Cardinalium præmisso in informatione modo subsecutus sufficiat, ita quòd iste sit verus Papa. Conclusio est affirmatiua. Incipit: Cum sanctæ memoriæ Gregorius Papa xi. die 27. Martij obiisset in Roma officiales Vrbis diuersa consilia tenuerunt. Desinit: & sic explicatur primus atticulus Tractatus de fletu Ecclesiæ. Deinde verò nonnulla subiicit quæ cùm hominis tū sæculi characterem ad omne natiuitatum & superstitionum genus plus æquo propensi exhibent: Sequitur secūdus articulus principalis in quo procedam hoc ordine: nam primò examinando aspectus singularum figurarum iuxtà doctrinam singulorū Astronomorum maximè Tholomæi, Albumasaris, Haly, Abenragel & Summatoris Anglici: secundò discussis aspectibus subiiciam iudicium circa omnia maximè ardua & ponderanda circà statum generalem Ecclesiæ tam in spiritualibus quàm corporalibus euentura, tertiò singulariter circà statum & progressum Domini Summi. Atque hîc siue Auctori, siue antiquario aqua hæsit,

neque aliud sequitur chartis pluribus quæ variæ supersunt. III. Fulgentii Placiadis Fabii viri præclarissimi Fabularum liber secundũ moralem Philosophiam expositarum ad Catium Presbyterum Cartaginensem, Incipit: Quamuis inefficax: Desinit in fabula de Cycno & Leda. IV. Præclarum Poetæ Sedulii opus Paschale quod desinit, in carmine de Laudibus Domini, siue, vt est apud Fabricium in editione Poëtarum Latinorum in collatione Veteris & Noui Testamenti his versibus.

Gloria magna Patri semper tibi gloria Nate.

Flamine cum sancto gloria magna Patri. Deest Hymnus acrostichis vitam Domini continens, quem habet Fabricius: sed hic habetur diuisio in capita quæ singula suum lemma obtinent, quibus caret Fabricius, diuiditúrque totum opus in libros quinque non in quatuor, vt in editis. Adest etiam sub finem epistola ad Macedonium. V. Alcimi Auiti Poëmatum libri sex quorum principium conuenit cum editionibus Gagnei, Mollheri, Fabritii & Sirmondi, si voculas aliquot excipias, quæ variè in exemplaribus istis editis leguntur. Finis etiam excepta Mollheri editione cum omnibus aliis conuenit: Verùm sequuntur tres alii versus quos nulli codices editi repręsentant.

Alchimus hæc lubrico texi quæ carmina versu
Binis iam breuibus sex sena volumina pennis
Conscripsi en celeris deno sub lumine solis.

Subduntur posteà Sermo Beati Martini de Trinitate & fragmentum ex libro S. Augustini de Trinitate. VI. Tragœdia nouella hoc initio:

Quodnam cruentum sidus Arctoo potens
Regnauit orbe pestilens tantum mihi.
Gnati nefando flebiles cum vos thoro
Genui? Patris iam detegam falsi dolos. &c. Desinit verò:
Petit illecebras virtus supernas,
Crimen tenebras expetit imas,
Dum licet ergo moniti stabilem
Discite legem.

Reperitur hæc Tragœdia inter opera Poëtica Albertini Mussati Patauini edita Venetiis anno 1636. simul cum eius & aliorum historia sub hoc titulo, Eccerinis, quia tota est de Ezelino siue Eccerino & Alberico de Romano eius fratre. VII. Ad illustrem Dominum Laurentium Celsi Venetiarum Ducem commendatoria vitæ actæ & exhortatoria peragendæ. Incipit: Recensenti mihi Dux inclyte veterum nostrorum religiosam industriam. Desi-

nit: Bene intendi Cancellarius tuus licet indignus etiam antequam Dux fueris totus tuus: successit Dux iste Ioanni Delfino circa annum 1361. Libellus est in membranis optimè scriptus, & idem, vt videturqui Duci, ipsi oblatus à Beneintendente fuerat. Meminit in eo Iulii Celsi Comitis Iulij Cæsaris, qui multos libros eleganter conscripsit. VIII. & IX. de vitis SS. Floridi Tiphernatis Episcopi, S. Amantii Presbyteri & B. Helenæ dictum est supra parte Prima pag 16. & 17. X. Historia S. Bonifacii Martyris Romani quæ incipit. Temporibus Diocletiani quater & Maximiani ter impiissimorum Imperatorum, &c. Desinit: Gloriosus Martyr Bonifacius victoriæ coronam assumens, &c. Eademque est edita Romæ à Lucâ Holstenio anno 1638 nisi quod hæc in tres lectiones diuiditur, & nonnullas voces ab Holsteniana, quæ vno tenore absoluitur, diuersas obtineat. XI. Officium sancti Geruntii Phicodensis Episcopi cum binis litteris vna Iacobi Volponi, altera Roberti de Lutri quibus probatur D. Geruntium Ceruiensem seu Phicodensem Episcopum eundémque fuisse martyrio coronatum. XII. XIII. De B. Iacobo è Castro Plebis & S. Patroniano Episcopo Fanensi consule supra pag. 17. & 19. XIV. Vita B. Thomæ Florentini Ordinis Seraphici Patris sancti Francisci cuius corpus iacet in cœnobio Fratrum Conuentualium vrbis Reatinæ. Incipit: Cum Clementissimus ille Deus. Desinit: miraculorum splendore, &c. obiit in illa vrbe anno 1447. XV. de sex Episcopis Cardinalibus ex vetusto codice Vaticanæ Bibliothecæ. Incipit: Sciendum est quod status Cardinalium. Desinit: Idem dicit in suis commentariis Pius II. libri 12. Pag. 343. XVI. de Iurisdictione Ecclesiæ super Regnû Siciliæ Tractatus, in quo ostenditur quadruplici titulo ad ipsam solam Ecclesiam Romanam pertinere. Incipit: Quæstio mouetur ab aliquibus ab Ecclesia Regum Siciliæ, &c. Desinit: Finis debiti qui est Christus Dominus.

Spicilegium Dæmonolatriæ, siue opusculum de Dæmonibus & Magis illos inuocantibus quatuor in partes distinctum, Auctore incognito qui scripsit post annum 1330. Ita quidem habet titulus mss. codicis Naudæani. Verùm editus est ille liber ante centum & quinquaginta annos, indictus Conrado Gesnero, Antonio Posseuino, Ambrosio Gozzeo, aliisque, atque hunc titulum præfert: Tractatus contra dæmonum inuocatores compilatus per sacræ Theologiæ Professorem Fratrem Ioannem Vineti Ordinis Prædicatorum Inquisitorem Apostolicum Carcassonæ. Incipit: Frequens instantia quorumdam Fidei Catholicæ zelatorum, &c.

Tractatus de origine, benedictione, consecratione & virtutibus Agnorum Dei, auctore Alfonso Cicarello de Meuania cum eiusdem ad illustrissimum & Reuerendissimum Guillelmum Sirletum Patricium Stilensem & S. R. E. Cardinalem amplissimum præfatione scripta Romæ quinto Idus Aprilis 1579. Principium operis est huiusmodi: Inter omnia mysteria quæ fiunt in sacrosancta Romana Ecclesia. Liber est graphicè scriptus minio variis in locis distinctus manu, vt creditur ipsiusmet Auctoris, qui tamen faucibus laqueo discerptis Romæ periit iis de causis quas in eius falsitatum historia retulit doctissimus vir Leo Allatius post censuram in Volaterranas Antiquitates siue Fragmenta Etrusca à Curtio Inghiramio publicata secundæ editionis, vbi & istius codicis mss. Naudæani inter libros à Cicarello compositos mentionem facit.

Fr. Bernardi de Tritia Hispani Magistri in Theologia Ordinis Prædicatorum quæstiones XVIII. de cognitione Animæ coniunctæ corpori Parisijs disputatæ. Incipiunt: Quæritur primò vtrum anima coniuncta corpori intelligat veritatem naturaliter cognoscibilem per species innatas vel acquisitas, &c Desinit: sed potius vt passio quædam transiens in ea recepta. Gesnerus iuxta titulum illius codicis mss. Bibliothecæ Naudæanæ Bernardum hunc Hispanis annumerat, sed propius verò Ambrosius Gozzeus in Catalogo Prædicatorum illustrium ex Prouincia Prouinciæ eum esse dixit: Nam Posseuinus ex Antonio Senensi Lusitano Diœcesim illi assignat Nemausensem prope Prouinciam & Auenionem, eumdemque circa annum 1291. vixisse contendit.

S. Bernardi Claræuallensis Abbatis Sermo seu Declamatio de verbis Euangelij, dixit Simon Petrus ad Iesum, ecce nos reliquimus omnia, &c. Continuo sermonis ductu procedit in excusis hactenùs melliflui illius Doctoris operibus, verùm in codice mss. Naudæano in sexaginta capitula suis instructa titulis diuiditur hoc lemate: Liber de colloquio Symonis ad Iesum missus Henrico Romanæ Ecclesiæ subdiacono, qui postea Monachus factus est apud Monasterium sancti Anastasij de vrbe.

Seueri Sulpitii Dialogo quem cum Gallo & Posthumiano de virtutibus B. Confessoris Martini Turonensis Episcopi feliciter contulit, in codice mss. Naudæano præmittitur Præfatio valdè longa nescio cuius, quæ sic incipit: Charo & elegantibus moribus ac studiis Ger.... ola Ber.... Mo... salutem: singula quorum omnium inspicerem studia, quorumlibet ac desudare ingenia, &c

desinit

desinit verò: Valeas in Domino dulce cor meum, & ipsum iam tamdem Seuerum sic dicentem audiamus. Cæterùm tres Epistolę quæ in Victoris Giselini editione hunc dialogum præcedunt, pone subiiciuntur in mss. codice, & omnium extrema est Seueri Præfatio in librum de vita B. Martini, quamquam absque titulo, vt in tribus aliis epistolis, imò & dialogis ipsis, primo excepto, obtinet.

Liber inscriptus Minora decreta in codice altero Naudæano, incipit: Diuersorum sententiæ Patrum de Primatu Romanæ Ecclesiæ ex variorum Pontificum decretis, quorum elenchum statim subiicit: Sequitur liber secundus de sacratissimo Pontificatu Romano: deinde tertius de Pontificali auctoritate & Regali potestate: tandémque quartus de quatuor Conciliis principalibus. Mentio in his Bedę & Hincmari, qui octauo ac nono Æræ Christianę seculo floruerunt. Idem codex membranaceus antiquus optimę notę & formę oblongæ continet sub finem decretum Nicolai Papę (huius nominis II.) de modo & à quibus personis facienda sit electio Summi Pontificis, cui subscripsere pręter Nicolaum Bonifacius Dei gratia Albanensis Episcopus, Petrus Hostiensis Ecclesię Episcopus & cæteri Episcopi numero LXXVI. cum Presbyteris & diaconibus, nominantur in eo eius decessor Stephanus X. & Henricus Rex futurus Imperator. Additur quoque epistola integra D. Cypriani Carthaginiensis Episcopi de Martiale & Basilide: quæ sic incipit: Cyprianus, Cęcilius, Primus, Polycarpus, Nicomedes, Lucianus, Successus, &c. nempe alii omnes Coepiscopi Hispanici sigillarim enumerantur, quos reperiri tantùm in codice Remensi notauit doctissimus Rigaltius in notis ad hanc epistolam; variat quoque nonnumquam textus ab editis.

Officium proprium & octaua Virginis Heroinæ Martyris magnæ Reparatæ ex Sidicina Ecclesia ad institutum Romani Breuiarii redactum, Vrbani VIII. Pontifici Maximi auctoritate editum & concessum Ecclesiæ Niciensi in Prouincia Alpium Maritimarum, cuius Cathedralis domus Reparatæ nomine dicitur, instante Episcopo.

Statuta Synodalia & Prouincialia obseruanda in Diœcesi Cameracensi compilata & renouata anno Domini 1300. Incipiunt: Districtè præcipimus quòd Prælati personæ siue patroni & duæ partes sacerdotum, &c. sequuntur, additiones, & statuta Concilii Remensis Prouinciæ anno Domini 1301. facta die Mercurii Ante festum B. Clementis. Incipiunt: Imprimis igitur statuimus &c.

decernimus auctoritate Concilij, &c. atque ita ordine subduntur synodi variæ cùm Remenses tum Cameracenses, vsque ad annum 1360. & finis est, non habeant potestatem audiendi confessiones, nisi de quibus apparebit per litteras patentes sub sigillo sedis Cameracensis.

Vita gloriosi Patris Hieronymi ex ipsius atque Augustini, Eusebii, Cyrilli, Gelasii, & aliorum sanctorum Patrum dictis edita. Incipit: Beati Hieronymi vitam à diuersis Auctoribus editam cùm legissem, comperi eos inseruisse quædam, non magnopere ad eius præconium pertinentia, rursúmque opportuna multa omisisse, &c. Adduntur sub finem Translatio corporis eiusdem ex Hierosolyma Romam, & Oratio D. Chrysostomi de Imperio & potestate humana & de Maiestate Diuina cum præfatione Interpretis Anonymi ad summum Pontificem: quæ opuscula scripta fuere Maceratæ die 15. mensis Maij 1555.

Excerpta de Sacerdotio IESV-CHRISTI ex Suida Græco per Laurum Quirinum Cretensem Patricium Venetum in Latinum translata: Incipiunt: Tempore Iustiniani Imperatoris Christianissimi, &c. Habentur ibidem Pontii Pilati, Christi Domini ad Abagarum & Beatæ Virginis ad Ignatium Epistolæ. Disputatio facta coram Anastasio Papa de anno 1163. cum Iudæo. Concordatio veteris ac noui Testamenti: De morte Iudæ scriptorum diuersitas. Iudicium sanguinarium Iudæorum contra IESVM-CHRISTVM Saluatorem mundi & sententia Pilati. Viuebat Laurus Quirinus tempore Nicolai v. Papæ, ad quem exhortationem scripsit anno 1453. de Bello in Turcas suscipiendo, ob expugnatam ab ipsis eodem illo anno Constantinopolim.

De laudibus sancti Thomæ Aquinatis oratio. Incipit: Mirificè recreor, Patres amplissimi, quùm in hunc aditum laudis intueor refertum viris, &c. Desinit: Diuinam Thomæ sapientiam sin minus assequi possumus, admiremur, eiúsque sanctimoniam, quod rectè possumus, imitemur.

Disputatio Sixti iv. Pontificis Maximi de Potentia Dei. Incipit: quia plerique sunt hac nostra tempestate, &c. Desinit, & amore non mediocri quo clarissimos illos Doctores vti Christianæ religionis amatores tota mente complectimur. Additur verò Corollarii vice: Finis paruuli opusculi intitulati de Potentia Dei, editi per Reuerendissimum D. D. Franciscum Saonensem Cardinalem tituli S. Petri ad Vincula, die prima mensis Octobris 1470. regnante Paulo Papa ii. Pontificatus sui anno septimo. Qui Cardinalis Saonensis assumptus anno sequenti ad summum

apicem Sixtus v. est nuncupatus.

Speculum Sacerdotum in quo repræsentantur aliqua vtilia speculanda circà Baptismi, Eucharistiæ & Pœnitentiæ Sacramenta. Additur Confessio valdè vtilis confiteri volentibus lingua Italica, cum speculum illud Latinè sit exaratum.

Magni Pii v. Pontificis Maximi vita quàm breuissimè explicata per Franciscum Ioannettum iuris vtriusque Doctorem & in patrio Bononiensi Gymnasio Sacrorum Canonum Professorem primarium. Qui verò eodem auctore Ioannetto editus est Bononiæ anno 1577. liber de Vitis Romanorum Pontificum desumptus ex veteribus Germanis Scriptoribus, is desinit in Clemente septimo.

De Primordiis vrbis Rhagusinæ ex quinto libro Commentariorum Lodouici Ceruatii Tuberonis, qui incipiunt ab interitu Regis Huniadis Coruini.

Comparatio de præsidentia Hannibalis Carthaginensis, Alexandri Magni & Scipionis Maioris Romani apud inferos, ex Græco in Latinum conuersa ab Aurispa Oratore ad Baptistam Senatorii & Equestris Ordinis Ciuem Romanum.

Iubilii Mauri Sabini de Turrium Sabinarum patriæ suæ origine commentarius duas in partes diuisus.

Diarium Tifernense, de rebus in Italia & præsertim Tiferni gestis ab anno 1348. ad 1483.

Vincentii Castellani de nobilitate ciuitatis Fori Sempronii.

Oratio funebris in funere Nicolai Papæ v. primo die exequiarum auctore Nicolao Episcopo Catanzarii.

Statuta proborum virorum Ciuitatis Auenionis per sanctam disquisitionem sapientum examinata & in sanctis Conciliis approbata atque inter eos authenticè hactenùs seruata, & deinceps obseruanda tanquam iustitiam & æquitatem in sè continentia. Facta fuerunt circa annum 1316. Sedente Ioanne xxii. Romano Pontifice, vt habetur sub finem. Inde varia antiquitatis monumenta Historica ac principum aliorúmque diplomata poterunt erui.

De Origine Reipublicæ vrbis quæ à sancto Marino in Italia nuncupatur.

Apologia Benedicti xiii. Romani Pontificis, incendij insimulati, &c.

Conclaue Pii ii. Romanorum Summi Pontificis qui anteà Æneas Syluius appellatus.

Instructio pro Reuerendissimo Domino P...... tituli sancti Cyriaci Presbytero Cardinale, Regiensi vulgariter nuncupato,

Apoſtolicæ Sedis Legato ad Regem Hungariæ deſtinato, anno 1495.

Præclarum Sacroſanctæ Euchariſtiæ miraculum & famoſum valde factum Pariſius anno Domini 1490.

Iacobi Goborii Pariſini de geſtis Francorum liber XIII. ſiue Ludouicus XII. Patriæ pater.

Federici Commandini Vrbinatis vita per Sebaſtianum Maccium.

Federici Bonauenturæ Vrbinatis vita, eodem auctore Sebaſtiano Maccio.

Ioannis Maphæi Congregationis Diui Georgii in Alga Canonici ad religioſum venerandúmque Patrem Franciſcum Guizzo eiuſdem Congregationis Canonicum de vita ac moribus præſtantiſſimi ciuis Veneti Benedicti à Platea oratio ſcripta anno 1485.

Acta ſanctæ Margaritæ deſcripta à Rectuno, qui ei adminiſtrabat panem & aquam in carcere, cum figuris in veteri codice membranaceo.

In alio codice, qui decimus quartus ordine numeratur, poſt librum Anaſtaſii Bibliothecarii de vitis Romanorum Pontificum, vſque ad Nicolaum primum qui obiit anno 866. & additas à quodam Guillelmo eodem S. R. E. Bibliothecarii titulo decorato paucas Paparum aliquot vitas Pandulfus Piſanus excepit, vt in Paſchali II. videre eſt à quibus Pontificibus quempiam alium Hiſtoriam illam produxiſſe oportet vſque ad Martinum V. quem in Concilio Conſtantienſi electum in feſto S. Martini die XI. menſis Nouembris tandem anno 1430. ictus ſanguinis è viuis ſuſtulit.

Formula confeſſionum edita à fratre Ioanne Rigaudi de ordine Fratrum Minorum Domini Papæ Clementis V. Pœnitentiario.

Peregrinantium ad limina Apoſtolorum origo & progreſſus. Item Epiſcoporum præceptum & iuramentum.

Ritus tradendi veſtitus & profeſſionis faciendæ in ordine Chriſtianæ Militiæ Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ ſemper Virginis.

Franciſci Charpii diſcurſus ad Summum Pontificem ſuper diſpenſatione Matrimoniali occaſione alicuius Principis haud infefeliciter elucubratus: ſtrictim enim congerit multa argumenta quibus ſupremum Pontificem diſpenſare quolibet in caſu poſſe oſtendit; Incipit; Beatiſſime Pater, vt præſens materia rectè intelligatur

telligatur primò à definitione incipiam, &c.

Antonii Panormitani, Guarini Veronensis, Luchini, & aliorum epistolæ quædam breues at paucæ.

Francisci Barbari, Cardinalis Hermolai Barbari patris, epistolæ.

Repetitio egregii Zanini Coqui Hugolini de Parma. Item sermo de laudibus Artis popinariæ & magistrandi ritu per Hugolinum Parmensem editus & procuratus Papiæ in plateis magnis super curru triumphali. Cæterum Hugolino isti plurimùm debent renascentes litteræ vt qui non paucos Classicos auctores, maximè Poëtas primus è tenebris eruerit & præfationibus tersis castigatisque ornarit.

Ad illustrem Equitem D. Orsatum Iustinianum Veronæ Præfectura functum Tobiæ Borgi nomine populi Veronensis gratulatio.

Oratio Guarini Veronensis habita pro fausto ac felici studio Ferrariæ inchoando, Regente illustri Leonello: sequuntur duæ trésve aliæ eiusdem Guarini ad scholasticos exhortationes.

Thomæ Reatini Apologia in Poggium maledicum, eiusdémque orationes aliæ.

Nicolai Perrotti oratio in eumdem Poggium Florentinum.

Fabulæ Æsopi in Latinum sermonem conuersæ ab Omnibono Leonicensi ad Franciscum Gonzagam Principem Mantuanum.

Nicolai Pratensis somnium de felicitate & miseria Curialium Vrbis Romæ ad Reuerendum in Christo Patrem Ioannem sanctæ Mariæ in Dominica Diaconum Cardinalem de Medicis Patrimonii sancti Petri Legatum dignissimum.

Francisci Brusonii Poëtæ Laureati Dialogus, qui Disphilus inscribitur, Mantuæ anno 1511. scriptus, vt rumorem de nuptiis à se cum non honesti nominis fœmina clam celebratis auerteret.

Annotationes in librum Caroli Sigonij Mutinensis de Republica Hebræorum.

Marsilii Cognati Veronensis Doctoris & Medici & Philosophi perinsignis Variarum obseruationum liber Quintus hactenùs, quod sciti potuerit, ineditus, cùm priores quatuor iam pridem Venetiis fuerint typis excusi.

Ioannis Baptistæ Camotii commentarii in Alcibiadem Maiorem Platonis.

Bernardini de Cacciantibus Alatrinatis tractatulus de Geniis ad R. D. Prosperum de sancta Cruce Patricium Romanum & sanctæ Rotæ Auditorem dignissimum circà annum 1547.

Hieronymi Cardani Medici Mediolanensis super Euclidem li-

bri nouem : quorum primi tres sunt additionum & expositionum super quinque priores libros Euclidis : tres verò qui sequuntur super quatuor proximè consequentes eiusdem Geometrarum Principis libros, vltimi autem tres super sex vltimos, in folio, cum figuris.

Eiusdem Cardani de prudentia eximia seu artificiosa, libri duo manu auctoris propria cum lacunis hinc & inde exarati.

Vsus directorij planetarum ad amplissimum supremæ Curiæ Consiliarium Ioannem MarletiumMusæum, auctore Ioanne Mercerio.

Petri Pomponatii Mantuani Commentarius in parua Aristotelis Stagiritæ, vt vocant, Naturalia.

Zachariæ Pulhei Feltrensis ad clarissimum Dominum Hieronymum Taiapetram Belluni Prætorem quæstiones tres Philosophicæ: Prima de speciebus intelligibilibus. Secunda, An cælum seclusa intelligentia sit compositum ex materia & forma. Tertia de primo cognito.

Abbreuiatio Francisci Sirigati super Quadripartito Ptolemæi.

Musica speculatiua Magistri Ioannis de Muris, & Enchiridion Domini Odonis Abbatis siue dialogus inter Magistrum & discipulum cum Micrologo Musicæ artis.

Chirurgia Magistri Henrici de Armundauillâ Chirurgi Regis Francorum Philippi Pulchri scripta in studio Parisiensi, anno 1306.

Glossæ super tractatu Auicennæ de cura lepræ editæ per M. Albertum de Zachariis Bononiensem.

Matthæi Curtii (siue Cintii) Papiensis in primum & secundum librum artis Medicinalis lectiones.

Eiusdem in primam & secundam sectionem Aphorismorum Hippocratis commentarij.

Tancredi de Corneto summa Iuridica varias continens quæstiones in eiusdem Apparatu tam Ciuili quàm Canonico omissas.

Zachariæ filij quondam Martini & Raynerii Perusini discipuli summa Notariatus, post Rolandinum edita, in membranis per columnas in folio.

Ioannis Mazonii Cæsenatis oratio Pisis habita cùm illic anno 1588. Aristotelem interpretandum susciperet, longa & admodum erudita.

Francisci Frisimelicæ doctrina de pulsibus 1548.

Symposiacæ Parisoni Pellati Alexandrini Disputatiunculæ 1483.

Quinti Marii Corradi ad Sebastianum Thomasium de asse libellus doctus & elegans.

Antiquitates nobilium gentium Ægyptiorum, Persarum, Atheniensium, Lacedemoniorum, Romanorum, Gallorum: auctore Nicolao Caussino Societatis IESV Sacerdote.

Marciliana Historiæ Legendæ Methodus auctore Theodoro Marcilio. Item de Funere publico & statua rostrali.

Francisci Priscianensis exemplorum de quantitate syllabarum Refugium. Liber, instar Prosodiæ Henrici Smetii Medici & Ianuæ Musarum R. P. Ludouici Caualli Ordinis Minorum, ante ducentos annos elaboratus.

Hugolini Parmensis Philogenia Comœdia ante ducentos annos scripta.

Argumenta singularum distinctionum Iuris Canonici versibus hexametris totidem conscripta hoc initio.

Disce quid humanum ius diuinumque vocetur.
Hic ius Romanum per singula membra notatur.

Desinit verò in hoc carmine.

Patrum sancita cessant hic metrificata.

Planctus Ecclesiæ in Germania: auctore Conrado de Magenberg id est de Monte puellarum anno Domini I. C. 1337. ætatis suæ 28. Præmittitur gemina præfatio: Prior, gloriosissimo vice Christi in Alemaniam Legato Domno Arnaldo de Virdello, &c. Altera ad Capellanum Domini Papæ Ioannem de Piscibus Legum Professorem: Sequitur deinde opus metricum in cuius primo capite Auctor Papam alloquitur.

Flos & apex mundi qui totius esse rotundi,
Nectare dulcorum conditus aromate morum
Orbis Papa stupor, clausor cæli reserator,
Tu sidus clarum, thesaurus deliciarum,
Sedes sancta, polus, tu mundo sol modò solus, &c.

Continet opus illud duas partes: Prima est de planctu Ecclesiæ in Germania ob discordiam inter Papam & Ludouicum Bauarum Imperatorem: altera verò Clericos ac maxime Mendicantes exagitat quòd sub habitu simplici fundant venenum in Ecclesiam Dei & prænotatam illam nutriant inter fideles discordiam. Hæc verò pars postrema his versibus clauditur.

Tu Virginis ipse Mariæ
Fili sicque Dei, meretrices & Pharisæi,
Non dedignati sunt à te; sed venerati,
Cùm sua fleuere peccata, mei miserere Amen.

Neque verò à re nostra alienum prorsus fuerit obseruare in codice qui quintum hunc proximè sequitur, Iacobi Caietani de Ste-

phanischis sancti Georgii ad velum aureum Diaconi Cardinalis Operi Prosometrico tribus versuum millibus constanti de vita & rebus gestis sancti Petri de Murrhone, seu Cælestini v. Romani Pontificis, de quo suprà mentio facta est, præmitti eiusdem Cardinalis epistolam hoc titulo: Religiosis viris amicis catissimis Abbati & conuentui Monasterii sancti Spiritus de Sulmone Ordinis sancti Benedicti Diœcesis Valuensis Iacobus miseratione Dei, &c. Sequitur Præfatio quæ oratione soluta totius Historiæ seriem breuiter explicat: deinde librorum & capitum index: tum succincta ipsius Iacobi de seipso metrica descriptio quam hîc afferre non erit fortè Lectoribus iniucundum, iis præsertim, qui in Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium vitis scriptisque conquirendis hoc tempore diligentem conferunt operam.

Vrbs mihi principium generis, Iacobus mihi nomen
Caietanus eratfluidi trans Tibridi Samnem
Stephanidum de stirpe satus, producor ab Vrsa,
Murronum cecini repetentem claustra Monarcham,
Insertúmque polo, Bonifacius vtque triumphet,
Vrbe sacra Diadema ferens, quo cardine fultus
Hunc panxi, cælóque Petrum metróque refudi
Cetenum, fudique prosa: Deus hinc tibi laus est,

Denique opus ipsum his versibus aggreditur.

Alma Petri sedes iamdudum languida vultu,
Inuidia superante, &c.

Claudit verò: *Sit Petro gloria laudis*
Confessori almo mirè sua carmina danti,
Cum quo Cælicolis iuncti regnemus in æuum.

Habetur extrema parte vltimæ paginæ codicis illius mss. Instrumentum donationis prædicti Voluminis seu operis Prosometrici factæ à Magistro Petro Notre de Neapoli anno 1412. Cælestinis Auenionensibus vt orarent pro remissione peccatorum dicti Ioannis, &c. Facta autem fuit hæc donatio coràm Simone de Gol Baccalaureo in Decretis & Notario Auenionensi qui se subscripsit, & sigillum, vt moris est, addidit, sed fugientibus litteris iisdémque valdè minutis, quemadmodum in tota illa donatione, quam propterea vix legere aut intelligere nisi diuinando quis possit.

Bernardini Veronensis Commentum in Priapeia in codice Naudæano incipit: Quoniam huius commentarioli nostri finem claudet epistola quę Magnorum Virorum opinionibus sententiisque plena declarabit quonam auctore tam elegans támque artificiosum

ficiosum carmen factum sit, &c. Deest tamen hæc epistola, & finis libri ac commentarii est: relinquo expositionem quam multi huic epigrammati addere consueuerunt, &c. Onuphrius Panuinius libro de Viris Veronæ doctrina & bellica virtute illustribus Bernardini istius mentionem facit pag. 55. his verbis: Bernardinus quidam nomine incerto Veronensis scripsit commentarios in Tibullum Romæ excusos anno Domini 1475.

Initio pag. 46. Ianotii Manetti Florentini quinque orationes strictim attigimus ex codice Naudæano: quia vero variis in locis ac diuersis de rebus habitæ sunt, placet in his modo diutius immorari. Prima funebris recitata fuit in solemni Leonardi Aretini Historici Oratoris ac Poetæ Laureatione. Incipit: Si immortales Musæ diuinæque Camœnæ, præstantissimi ciues, &c. Secunda ad Alfonsum Aragoniæ Regem in nuptiali vnici filij inclyti Calabriæ Ducis congratulatione habita Neapoli in publico & generali Auditorio: Incipit: Demosthenes Græcorum & Latinorum omnium Orator excellentissimus, &c. Tertia Florentinorum nomine ad congratulandum Nicolao v. Summo Pontifici in creatione sua habita Romæ in publico & generali Consistorio. Incipit: Si nobis coram sanctitate tua, &c. Quarta eorumdem Florentinorum nomine ad Senenses. Incipit: Cùm Florentini amici ac finitimi vestri, &c. Quinta ad Venetos apud quos non secus ac apud Senenses & Sūmum Pontificem Legati munere functus est. Incipit: Magnum quoddā & ingens nobis de hac nostra legatione, &c. Harum verò orationum quæ est ad Alfonsum edita fuit anno 1611. à Marquardo Frehero cum Sandæo de Regibus Siciliæ & dictis Alfonsi: vbi & alia eiusdem Ianotii ad eumdem Alfonsum de laudibus Pacis Neapoli recitata. Curauit præterea nobilis Philologus Alexander Brassicanus eiusdem Iannotii libros quatuor de hominis dignitate & excellentia Basileæ per Cratandrum excudi anno 1532. Atque vtinam, inquit vir iuuandis literis natus clarissimus Naudæus, reliqua tanti viri opera, quæ à Posseuino longa titulorum serie referuntur, excusa pariter fuissent! Plura de eo qui volet, adeat Bocchium in Clarorum Florentinorum Elogiis. Atque in iis finem supplemento, ne latius excurrat, præfigo.



SPECIMINIS
ANTIQVARVM LECTIONVM LATINARVM ET GRÆCARVM
SVPPLEMENTVM SEXTVM.
SIVE
ELENCHVS LIBRORVM
TAM TYPIS, QVAM IMPENSIS SACRÆ CONGREGATIONIS DE FIDE PROPAGANDA IMPRESSORVM.

Ioanne Dominico Verusio Superintendente.

§. I.



Lphabetum Græcum. *Romæ Typis Sacræ Congregationis de Fide propaganda in 8.*

Alphabetum Chaldaicum. *Romæ Typis eiusdem in 8.* 1634.

Alphabetum Chaldaicum Antiquum Estrangelo dictum. *Romæ typis eiusdem 1638. in 8.*

Alphabetum Persicum. *Ibidem in 8.*

Alphabetum Armenum, cum nonnullis Orationibus. *Excude-*

bat Romæ Stephanus Paulinus 1623. in 8.

Alphabetum Ibericum *siue* Georgianum cum Oratione Dominica, Salutatione Angelica, Symbolo Fidei, Præceptis Decalogi, Ecclesiæ Sacramentis, & operibus misericordiæ *Latino-Iberice & charactere Georgiano impressis. Accesserunt* Litaniæ B. Mariæ Virginis, *iisdem lingua & characteribus. Ibidem typis Sacræ Congregationis 1629. in 8.*

Alphabetum Seruianum D. Cyrilli & D. Hieronymi. *in 8. Ibidem.*

Alphabetum Sclauonicum S. Hieronymi cum aliis. *Typis eiusdem 1630. in 8.*

Alphabetum Æthiopicum, *siue* Abyssinum. *Ibidem typis eiusdem in 8.*

Alphabetum Copticum, *siue* Ægyptiacum. *Ibidem typis eiusdem in 8.*

§. II.

Chaldææ *seu* Æthiopicæ linguæ institutiones. *Romæ typis Sacræ Congregationis de Fide propaganda 1630. in 8.*

Grammatica linguæ Syriacæ, Auctore Isaac Sciadrense Maronita è Libano Archiepiscopo Tripolis Syriæ. *Romæ in Collegio Maronitarum 1636. in 12.*

Linguæ Syriacæ siue Chaldaicæ perbreuis Institutio Abrahamo Ecchellensi Collegij Maronitarum alumno auctore. *Romæ typis eiusdem 1628. in 12.*

Grammatica Arabica Agrumia appellata cùm versione Latina ac dilucida expositione Thomæ Obicini Nouiensis Ordinis Minorum. *Typis Sacræ Congregationis 1631. in 8.*

Institutiones Linguæ Arabicæ tribus libris distributæ, Auctore P. Francisco Martelotto Martinensi Sacerdore Theologo Clericorum Regularium Minorum. *Romæ excudebat Stephanus Paulinus 1620. in 4.*

Ars Grammatica Iaponicæ linguæ à Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum composita. *Romæ typis sacræ Congregatiouis 1632. in 4.*

Institutionum linguæ Illyricæ libri duo, Auctore Bartholomæo Cassio Curiense. *Romæ apud Aloysium Zannettum 1604. in 8.*

Athanasij Kircheri Societatis IESV Prodromus Coptus *siue* Ægyptiacus, in quo cùm linguæ Coptæ siue Ægyptiacæ quondam Pharaonicæ origo, ætas, vicissitudo, inclinatio, tum Hierogly-

phicæ litteraturæ inſtauratio, vti per varia variarum eruditionum, interpretationúmque difficillimarum ſpecimina, ita noua quoque & inſolita methodo exhibentur. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1636. in 4.*

Emmanuelis Aluari è Societate IESV de inſtitutione Grammatica libri tres. *Romæ apud Franciſcum Caballum 1637. in 12.*

§. III.

Theſaurus Arabico-Syro-Latinus, interprete Thoma à Nouaria Theologo & linguarum Orientalium Lectore. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1636. in 8.*

Fabrica linguæ Arabicæ cum interpretatione Latina, & Italica accommodata ad vſum linguæ vulgaris & ſcripturalis. Auctore Fr. Dominico Germano de Sileſia Superiori Ordinis Minorum de Obſeruantia S. Franciſci Reformatorum Prouinciæ Romanæ linguarum Orientalium Lectore. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1630. in folio.*

Lexicon Æthiopicum cum eiuſdem linguæ Inſtitutionibus Grammaticis & Indice vocum Latinarum, Auctore Iacobo Vvermers Antuerpiano Carmelita. *Romæ typis eiuſdem 1638. in 4.*

Dictionarium ſiue Theſauri linguæ Iaponicæ Compendium compoſitum à Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum. *Romæ, typis eiuſdem 1632. in 4.*

Dictionarium Malaico-Latinum & Latino-Malaicum cum aliis quamplurimis opera, & ſtudio Dauidis Haex. *Romæ typis eiuſdem 1631. in 4.*

Dictionarium Latino-Epiroticum cum nonnullis vſitatioribus loquendi formulis per Franciſcum Blandum Epirotam. *Romæ typis eiuſdem 1635. in 8.*

Dittionario Giorgiano & Italiano compoſto da Stephano Paulini con l'aiuto di D. Nicephoro Irbachi Giorgiano Monacho di ſan Baſilio. Adnectitur Alphabetum Georgianum *Romæ typis eiuſdem 1629. in 4.*

§. IV.

Iſagoge, id eſt Breue Introductotium Arabicum in ſcientiam Logices, cum verſione Latina, ac Theſes ſanctæ Fidei Thomæ Nouarienſis Ordinis Minorum Obſeruantium Arabico-Latinè edita. *Romæ excudebat Stephanus Paulinus 1625. in 4.*

Doctrina

Doctrina Christiana Italico & Græco communi idiomate. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1637. in 12.*

Doctrina Christiana Cardinalis Bellarmini Græcorum idiomate communi expressa. *1637. in 8. Romæ typis Sacræ Congregationis.*

Doctrina Christiana tradotta della lingua Italiana nella lingua Chaldea, da Iacobo Begnamini. *Romæ typis eiusdem 1633. in 8.*

Summa Doctrinæ Christianæ à Cardinale Bellarmino sub Clemente VIII. Italico idiomate conscriptæ & mandato Cynthij Cardinalis Aldobrandini in linguam Armenam traductæ. *Romæ excudebat Stephanus Paulinus in 8.*

Dichiaratione piu copiosa della Dottrina Christiana tradotta dalla Italiana in lingua Armena da Pietro Paolo Sacerdote Armeno, Italico-Armena. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1630 in 4.*

Dichiaratione della Dottrina Christiana più copiosa del Cardinal Bellarmino tradotta in lingua Arabica da Gioanne Hesronita Arciprefbitero. *Romæ typis eiusdem 1627. in 8.*

Vberior expositio Doctrinæ Christianæ compositæ à Cardinale Bellarmino in Illyricam linguam per Ioannem Tomcum Marnauitium versæ. *Romæ typis eiusdem 1627 in 8.*

Doctrinæ Christianæ Bellarmini Compendium in Illyricam linguam communiorem conuersum à Bartholomæo Cassio Soc. IESV. *Romæ typis eiusdem 1633. 12.*

Doctrina Christiana parua idiomate Illyrico charactere Hieronymiano. *Romæ typis eiusdem 1628. in 12.*

Doctrina Christiana parua idiomate Illyrico charactere sancti Cyrilli. *Romæ typis eiusdem 1629. in 12.*

Doctrina Christiana del Cardinal Bellarmino tradotta in lingua Albanese da D. Pietro Budi di Pietra Biancha. *Romæ typis eiusdem 1636. in 12.*

Introduttione alla fede per gli Ebrei in forma di Dialogo da Fabiano Fiocchi da Monte S. Sauino. *Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1628. in 8.*

Breuis Orthodoxæ Fidei professio, quæ ex præscripto sanctæ sedis Apostolicæ ab Orientalibus ad Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ vnitatem venientibus facienda proponitur, Arabico-Latinè. *Romæ apud Franciscum Zannettum 1630. in 4.*

§. V.

Dauidis Regis & Prophetæ Psalmi ex Arabico in Latinum idioma à Victorio Scialac Accurensi & Gabriele Sionita Edeniensi Maronitis redditi, Arabico-Latinè. *ex Typographia Sauariana 1619. in 4.*

Euangelia Arabico-Latina cum figuris. *Romæ ex Typographia Medicea 1629. in fol.*

Missa S. Ioannis Chrysostomi Græco-Latina in folio.

Missale Romanum Slauonico idiomate iussu S. D. N. Vrbani VIII. editum. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1631. in 4. magno.*

Missale Romanum idiomate Illyrico charactere Latino. *Typis Sacræ Congregationis de Fide propaganda 1639. in 8.*

Florentinæ Synodi Acta Græcè & Latinè Tomis duobus. In Tomo secundo adduntur alia Græcè & Latinè nempe.

Georgii Scholarij de pace, déque ferendo Patriæ auxilio ad Florentinam Orationes quatuor ex interpretatione Ioannis Matthæi Caryophili.

Bessarionis Archiepiscopi Nicæni Oratio Dogmatica, siue de vnione, ipsomet Bessarione interprete.

Iosephi Methonensis Episcopi responsio ad Marci Eugenici Episcopi Ephesini Epistolam de Sacrosancta Synodo Florentina Ioanne Matthæo Caryophilo Interprete.

Gregorij Hieromonachi Magni Protosyncelli Responsio ad Epistolam Marci Ephesini aduersus Latinos eodem Caryophilo Interprete. *Romæ per Paulinum in 4.*

Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani pro quinque capitibus Concilij Florentini defensio Latinè. *Romæ typis eiusdem 1638. in 8.*

Eiusdem Gennadii eadem defensio à Ioanne Matthæo Caryophilo in vernaculam Græcorum linguam conuersa. *Romæ typis eiusdem Congregationis in 4.*

Acta Sacri Oecumenici Concilij Florentini collecta, disposita, & notis illustrata ab Horatio Iustiniano Bibliothecæ Vaticanæ Custode. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1638. in folio.*

Narratio de sancta & Oecumenica Synodo Florentina contra obtrectatores illius Græcorum idiomate communi. *Romæ typis Sacræ Congregationis 16.8.*

§. VI.

Calendarium iuxta sanctum Nicęnum I. Concilium, Gregorianámque ad eiusdem Concilij præscriptum emendationem, necnon & antiquum Orientalium computum. Auctore Michaële Hesronita Maronita Archipresbytero, Chaldaicè. *Romæ typis eiusdem 1637. in 4.*

Calendarium Gregorianum Armenum. *Romæ ex Typographia Dominici Basæ 1634. in 4.*

Calendarium Gregorianum Syriacum. *Ibidem in 4.*

Ad pag. 10. DCCCLXXX. adde VIII. & obserua Heremperti seu Erchemperti Langobardi Monachi Cassinensis Historiæ de gestis Principum Beneuentanorum Epitomen Chronologicam prodiisse in 4. Neapoli anno 1626. cum Antiquis Chronologis de rebus Neapolitanis ab Antonio Caracciolo editis. Eandem quoque vsque ad annum DCCCLXXXVIII. meliorem auctioremque à Camillo Peregrino in lucem fuisse emissam in 4. cum Historia Principum Langobardorum Neapoli, 1643. Post, Principe ædificato, adde. Incipit: tractatus Atrichi de mortuorum siue viuorum oblatione, &c. Definit in priuilegio Rocherij Italiæ Regis & Rocherij primi Comitis hæredis & filij circa annum MCIV. cuius vltima verba sunt: Datum Salerni per manum Guarini nostri Cancellarij 12. Augusti. Testor ego Rogerius Rex, qui supra, &c.

Geruasij Tilleberiensis quæ ad Franciam pertinent præcipua vulgarunt Andreas, & Franciscus Duchesnij in Collectione historica Scriptorum Coætaneorum de rebus Francicis.

Quæ de Anglica Historia hic narrantur conferendæ num iis quæ audio pronuper Londini prodiisse duobus Tomis.

Ad pag. 11. Lamberti Ardensis plurima Fragmenta inseruit Andreas Duchesnius Genealogicæ, quam scripsit vernacula lingua, Comitum Gisnensium Historiæ probationibus.

Sub finem pag. 12. Relatio Fr. Nicolai incipit: Sanctissime Pater infra scripta sunt quæ acta sunt in Italia, postquam Dominus Imperator felicis recordationis Montes transiuit, prout ego Frater Nicolaus, &c. Definit: Pater sancte testimonio animæ meæ alia ad præsens nescio relatione digna nisi quod per salutem animæ meæ vobis dico, quòd non credo quod aliquis viuat hodie inter Principes sæculares, qui plus Deum diligat, & Ecclesiam Romanam & omnem probum virum quàm ipse faciebat.

Pag. 15. adde V. C. Ioannis Bigotij in suprema, &c. In Pera-

uiano scribe Petauiano. *Ex codice Naudeano nono, seu sexto.* adde: Incipit: Caritatiuis venerabilium quorumdam vestri Sacri Ordinis, Fratres charissimi, precibus inclinatus, timens licet ac trepidus scribere præsumo. Quis? de quo? sanè Petrus de Petro, Episcopus de Episcopo, sed paruus de Maximo, infimus de Summo, scelestus quoque ac peccator indignissimus de cælesti ac dignissimo vestri sancti gregis Pastore primo atque præcipuo, &c. Desinit: ad cuius lætitiæ participationem ille nos peruenire concedat, qui est benedictus, &c. Post, lamentatio de eius morte: Incipit: Venite & audite me & narrabo vobis quanta fecit Dominus animæ meæ. Desinit: Datum Auenione, in Nonis Maij, Pontificatus nostri (scilicet Clementis V.) anno octauo. De opere Prosometrico, Vide pag. 62. & pag. 235. sub finem atque integram fermè 236.

Pag. 16. possessori scribe possessore. Pag. seq. B. Iacobi è Castro Plebis meminit Lucas Vadingus III. Tomo Annalium Minorum ad annum 1304. Benedicti XII. Papæ primum. Incipit vero huius vita: Beati quoque Iacobi, &c. Desinit inter monumenta Conuentus sancti Marcelli.

Pag. 18. S. Leufredi vitam edidit quoque Vincentius Barralis in Chronologia Lirinensi.

Pag. 19. Translatio S. Monicæ incipit: sæpissimè fueram rogatus à pluribus, vt translationem sanctæ Monicæ Matris S. Augustini, &c. Clauditur Hymno ad laudem sanctæ Monicæ, cuius vltimi versus sunt.

Laus honor Filio, qui simul inclytum,
Spirat de patrio corde Paraclitum.

Vita S. Paterniani primi Fanensis Episcopi. Incipit: Dum periturо mundo dignata est diuina clementia prouidere. Desinit: si te non pigeat audire.

Idem R. P. Ludouicus Iacob, Ord. Carmelitarum, hunc quoque mihi pro sua singulari humanitate communicauit Indiculum eorum opusculorum, quæ viris omnibus eruditis ad editionem parata libenti animo offert.

Vita & Passio S. Bertharij Martyris & Abbatis XIX. Sacri Monasterij Cassinensis à P. D. Ignatiu Pragensi eiusdem mon. Cassinensis Vener. Priore composita, ac Notis Constantini Caietani, Abbatis S. Baronti, illustrata.

Vita S. Benigni Martyris ex Breuiario Flauiniacensi.

Vita S. Christinæ Virginis ex eodem Breuiario.

Vita S. Praiecti ex eodem Breuiario.

Vita altera eiusdem S. Praiecti ex eodem Breuiario.
Fundatio Monasterij Flauiniacensis ex eodem Breuiario.
Vita S. Ioannis Lingonensis Confessoris, ex eodem Breuiario.
Vita S. Germani Antissiodorensis ex eodem Breuiario.
Vita S. Germani Episcopi Parisiensis, ex Breuiario Eduensi.
Vita S. Claudij Episcopi & Confess. ex eodem Breuiario Ed.
Vita S. Maximini Episcopi, & Confess. ex eod. Breuiario Ed.
Vita S. Simplicij Episcopi Eduensis, ex eod. Breuiario Ed.
Vita S. Theobaldi Confessoris, ex eod. Breuiario Ed.
De Inuentione corporis S. Quintini ex eod. Breuiario Ed.
Vita S. Rheticij Episcopi Eduensis, ex eod. Breuiario Ed.
Vita S. Cassiani Episcopi, ex eodem Breuiario Ed.
Vita S. Syagrij Episcopi Eduensis ex eod. Breuiario Ed.
Vita S. Mammetis Martyris, ex eodem Breuiario Ed.

Arnoldus Bostius Carmelita Gandensis de Illustribus Viris Ordinis Carmelitarum: habentur bina exemplaria MSS. & hactenus inedita. Bostius obiit 1499. de quo Ioannes Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Ad secundam Partem Biblicam & Theologicam.

Linea vltima pag. 21. Testimoniorum ex Epistolis sancti Pauli libellus & pag. 22. initio adde ex apographo misso à R. P. Alexandro VVilthelm Societatis Iesv Presbytero.

Incipit Stephani Langthon expositio super Exodum: In ingressu Tabernaculi quinque columnæ erant de lignis Sethim deauratæ. Desinit: Cum infirmor tunc fortior sum & potens per cunctas mansiones.

Pag. 23. Guidonis Elnensis. Is est Guido de Perpiniano Ordinis Carmelitarum, cuius opera quædam typis edita fuerunt. De ijs plura Epitomator Bibliothecæ Gesneri Iosias Simlerus, & Antonius Posseuinus noster in Sacro Apparatu.

Ad pag. 24. Marij Victorini, Afri, Viri clarissimi Consularis de Generatione Verbi confutatorium Candidi Ariani cum Bernardi Ziegleri Conceptionibus seu commentariis in Genesim editum est in folio, anno 1548 Basileæ apud Ioannem Oporinum. Sed alieno prorsus loco infarctum est cum eiusdem Candidi Ariani libello. Operæ pretium existimant Viri docti vtrumque illud opusculum in meliori lumine ad quorumlibet vsum collocare. Edidit quoque R. P. Iacobus Sirmondus inter opuscula Dogmatica Victorini Afri librum contra Manichæos. Item de principio Dei in 8. anno 1630. apud Sebastianum Cramoisy.

Ibidem Dydimi, scribe Didymi. Claudij vero Taurinensis Epis-

copi commentaria in Epistolam duntaxat ad Galatas sancti Pauli Apostoli edita sunt in SS. Patrum Bibliothecis Parisiensibus & Coloniensi per singula Æræ Christianæ sæcula digestâ.

Ad pag. 25. Odo Suessionensis vixit circa tempora Eugenij III. Incipit: super Ieremiam, quidquid mali super nos adducitur nostra peccata merentur. Definit: ad id alium ad quod meipsum.

Gualiffi commentarius super quatuor libros Sententiarum in codice Naudæano 11. Incipit: Vtrum quilibet Viator existens in gratia assentiendo articulis fidei mereatur, Videtur quod non, &c. Definit: posset alteri vices suas committere.

Pag. 26. Thomæ Cracouiensis opusculum de ratione sumendi corpus Christi dicitur fuisse pronuper excusum Lugduni, nondum tamen videre contigit.

Iesse Ambianensis Episcopi Tractatus de Ordine Baptismi editus fuit post aliqua Hincmari Remensis Archiepiscopi opuscula in 4. anno 1615. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy cura & studio Ioannis Cordesij Canonici Lemouicensis.

Petri Alfonsi Viri illustris ex Iudæo Catholici Dialogus editus fuisse dicitur Coloniæ in 8. anno 1536. Nos cum MSS. codice nostro optima notæ conferemus.

Summa Fr. Monetæ qui viuebat anno 1225. fuerátque in sæculo Professor artium Bononiæ, antequam Ordini Prædicatorum se mancipatet. Incipit: Tempus faciendi, &c.

Pag. 28. Multa Hildeberti Cenomanensis Ep. opera collegisse olim maximo studio V. C. Philippum Loyautè Aduocatum Parisiensem à multis eruditione præstantibus viris accepi, quæ operæ pretium fuerit ab hæredibus, aut iis, in quorum manus deuenerunt, publicæ vtilitati diutiùs non inuideri.

In septisegmentato opere quod Alexander Achillinus Medicus ac Philosophus emisit in lucem Bononiæ impensis Benedicti Hectoris anno Domini 1516. in folio, reperiuntur I. Aristotelis Philosophorum Maximi Secretum Secretorum ad Alexandrum de Regum regimine, de sanitatis conseruatione, de Physionomia, &c. alio nomine: Liber moralium de regimine Principum ad Alexandrum cum prologo Ioannis qui transtulit librum Filij Patricij. II. Eiusdem maximi Philosophi Aristotelis de signis aquarum ventorum & tempestatum. III. Eiusdem de Mineralibus. IV. Alexandri Aphrodisiensis de intellectu. V. Auerrois de beatitudine animæ. VI. Alexandri Achillini Bononiensis de vniuersalibus. VII. Alexandri Macedonis in septentrione Monarchæ de Mineralibus seu mirabilibus Indiæ ad Aristotelem. Aliò ergo

ablegandum videtur Secretum illud Secretorum Philippi, quod pag. illa 28. tibi lector occurret.

Pag 29. Initium primi Sermonis Ioannis Papæ XXII, Transibo in locum tabernaculi, &c. Sermonis vltimi qui est de Purificatione hic est finis: Hanc salutem nobis concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

Pag. 33. linea 8. pro exceptis lege excerptis.

Antequam ad Tertiam Partem progrediar, placet hic paulisper subsistere, & adscribere V. C. Nicolai Rigaltij in suprema Metensi Curia Senatoris amplissimi manu exaratum Indiculum librorum quorumdam MSS. quos ipse possidet.

I. Epistola Karoli Imperatoris Regis Francorum & Langobardorum ad Odilbertum Archiepiscopum continens quæstiones ad ritum Christianæ religionis pertinentes, quibus ab Episcopo respondetur. Chronicon Reginonis Abbatis libris duobus Domino Adalberoni Episcopo ad annum DCCCCV.

II. Cæsarij Arelatensis Homiliæ. Leontij Episcopi Neapoleos Cyprorum insulæ de vita & actione sancti Patris Ioannis Episcopi Alexandrini. Bedæ opusculum de locis sanctis.

III. Excerpta ex Capp. Karoli. Incip. Constitutio memorata de Sacerdotum purgatione, de celebrando Concilio, Exemplar libertatis, Exemplar formatæ, Incipit de vtilitate pœnitentiæ & quomodo credendum sit, de remissione peccatorum per pœnitentiam cum præfatione operis subsequentis. Incipiunt capitula: Quòd nulli vltima pœnitentia deneganda, &c. Sequuntur libri tres capitulorum. Deest tertius.

IV. Glossæ veteris & noui Testamenti.

V. Vita S. Martini: Incipit, Seueri ad Desiderium fratrem suum de vita S. Martini à se conscripta.

VI. S. Augustini, vnde malum, libris duobus. Eiusdem liber de Genesi contra Manichæos, de Fide & Symbolo, Altercatio cum Maximino Ariano, Collatio eiusdem & Pascentij Arriani & Laurentij Vicarij.

VII. Liber ritualis, quo continentur variæ Orationes, & preces & formulæ.

VII. Vetus Calendarium. Liber Sacramentorum de circulo anni expositorum à sancto Gregorio Papa.

IX. Vitæ & Passiones sanctorum. Narratio Mamertini de canonizatione sua. Vita sancti Germani Antissiodorensis. Vita S. Galli Abbatis. Vita sancti Germani Episcopi Capuani. Vita sancti Remacli Episcopi. Vita sancti Eligij Episcopi. Vita S. Sulpitij

Episcopi Bituricensis. Vita S. Marinæ Monachæ. Vita S. Melaniæ. Vita S. Pelagiæ. Passio S. Eustachij Martyris. Passio S. Blasij Episcopi Sebastensis. Vita S. Simeonis Monachi.

x. Sancti Augustini liber Quæstionum Veteris & Noui Testamenti.

Ad tertiam partem Epistolicam & Diplomaticam.

Pag. 39. Fragmentum longioris Registri Bullarum Clementis V. quatuordecim tantùm continet anno Primo Pontificatus datas: mox verò sequuntur aliæ plures ab eodem Pontifice, & eadem forma exaratæ.

Nicolaus Ostiensis Ep. Legatus fuit ad partes Vngariæ, Poloniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Seruiæ, Lodomeriæ, Galatiæ, &c. aut ad alios quidem, sed de rebus & negotiis ad eandem legationem spectantibus.

Propositiones Lud. Rom. Imp. incipiunt: Nos Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus proponimus contra Ioannem qui se dicit Papam XXII. quòd inimicus sit pacis, &c. Desinit: pro tutela & securitate sacri Imperij & nostra & omnium singulorum supradictorum.

In Registro Lotharij continentur & præsertim quæ ad Langobardorum Leges & Statuta pertinent, addito in singula quoque commentario.

Ad quartem Partem Technicam seu Philologicam.

V. C. Isaacius Heraldus, Desiderij Heraldi celeberrimi in Curia suprema Regni causarum Patroni Filius doctissimus, exhibuit mihi Catalogum librorum aliquot MSS. qui ex Anglia in hanc Vrbem iampridem deportati, venditi sunt superiori anno Nobili cuidam Germano. In iis erant Catulli codex antiquus, Claudiani codex antiquissimus, Ouidii codex optimæ notæ ab Angelo Politiano cum multis aliis collatus, variis lectionibus auctus, & ab eodem Politiano breuioribus scholiis, sed accuratissimis longéque doctissimis, illustratus, Q. Curtij codex non ita tamen antiquus, Terentii Comœdiæ, Plauti Comœdiæ tres, Miles gloriosus, Casina & Mostellaria cum Ioannis Passeratii commentariis, Martialis Epigrammatum codex vetustissimus & optimus, in quo habentur variæ Lectiones planè discrepantes ab omnibus codicibus quibus vtimur, Ausonii codex antiquissimus, Lactantii codex optimus, Salustii codex sed non ita antiquus, alter Q. Curtii codex vetustissimus, Iuuenalis Satyræ cum scholiis codex an-

antiquissimus, Gellii codex optimus, Tertulliani de pallio, aduersus gentes de spectaculis, de Baptismo, atque Arnobij aduersus gentes duo codices vetustissimi. E Græcis verò Scriptoribus, Scholia longè accuratissima & antiquissima in decem libros Homeri nusquam in lucem edita, Callimachi codex antiquissimus cum glossis interlinearibus doctissimis, nec antea excusis, Pindari codex vetustissimus & optimus elegantissima manu exaratus cum scholiis Græcis doctissimis hactenus ineditis, Phocylidis codex antiquissimus in quo habentur pleraque carmina quæ in libris excusis desiderantur, Sophoclis Tragœdiæ cum notis Græcis nusquam in lucem editis, Euripidis Tragœdiæ codex antiquissimus; Aristophanis codex optimus & cum breuibus notis iisque doctissimis nondum vulgatis, Lycophronis codex antiquissimus ab Angelo Politiano recognitus, Epigrammata Græca, quæ in Anthologia desiderantur, Demosthenis de Syntaxi: seu constituenda Republica Oratio codex elegantissimâ manu exaratus cum interpretatione Angeli Politiani eiusdémque notis perquàm eruditis, in quibus pleraque Demosthenis, & aliorum scriptorum loca emendantur & illustrantur, Paraphrasis Græca doctissima & vetustissima in Aristotelis Rhetoricam codex elegantissimâ manu exaratus, nec vsquam in lucem editus, Incerti Auctoris commentarius Græcus in eiusdem Aristotelis Stagiritæ Topicorum libros, Simplicii commentarii in Aristotelis libros de anima cum Logica Græca & optima, codex satis magnus continens commentarios doctissimos necdum publicæ luci datos in Philosophiam Platonis, Ocelli Lucani codex antiquissimus, Theophrasti Characteres, codex optimæ notæ, in quo habentur pleraque quæ in libris excusis desiderantur, Iamblichus de vita Pythagoræ, Item Iulii Pollucis Onomasticon & aliquot sancti Ignatii Episcopi Antiocheni & Martyris Epistolæ. Quæ omnia tumultuario commissa Indici in ordinem classesque distinctas digessi Græcósque à Latinis & à Poëtis cæteros Auctores seiunxi.

Ad Pag 45. Synonyma Britonis edita sunt in lucem Parisijs in 4. per Dionysium Rosse 1508. quemadmodum & nonnulla alia quæ hinc inde ex Catalogis MSS. codicum nobis imprudentibus exciderunt, aut tam altè demersa sunt in obliuionis tenebras, vt ipsis etiam pene ignota sint diligentissimis hominibus, qui in euertendo Bibliothecarum puluere, & conscribillandis librorum titulis atque indicibus vitam omnem consumpserunt.

Pag. 46. de Ianotio Manetto Florentino plura habes infra pag. 275.

273. sub finem supplementi Quinti siue eius Appendicis ex Bibliotheca Mil. codicum Gabrielis Naudæi.

Post Oratione expositas adde: hoc initio: Illustris industriæ ac grandis beneuolentiæ speculo Francisco Nouello genito excelsi magnifici Domini mei Francisci de Carrarra Paduæ, &c. inclyti gubernatoris & Ducis deuotus & fidelissimus vester F. Philippus de Pergamo, &c. Cùm proposuissem in corde meo, &c. Posterioris verò commentarij in Catonis distícha metra principium est: generosæ indolis adolescétulo Petro de Salutiis Robertus de Euromedio Monachus Claræuallis seipsum ad omne officium. Charitas tua postulauit.

Post sub annum 1459. adde, vt docet Nicolaus Paschalis Alidosius in Elencho Doctorum Bononiensium: Ouidij autem vita quæ præmitti debebat, habetur sub finem,& quidem ab Aldina diuersa.

Ad pag. 47. Leonardi Aretini opera omnia quà edita quà nondum publicata iampridem summa diligentia conquirit V. C. Philibertus de la Mare Senator Diuionensis & breui dabit in lucem præmissa eiusdem doctissimi viri vita, & eruditorum de eodem variis hinc inde collectis elogiis, atque additâ oratione à Iannotio Manetto conscriptâ, vt significauit litteris ad me Diuione datis, 24. Aprilis anni huius 1652.

Ioannis Hispani Astrologi Epitome totius Astrologiæ edita est à Ioachimo Helleri Norimbergæ, anno 1548. Messahala quoque ibidem editus est de Elementis & orbibus cælestibus 1549. in 4. cum scripto cuiusdam Hebræi de æris seu interuallis regnorum & de diuersis gentium annis & mensibus. Extat quoque cum Iulij Firmici libris octo Astronomicon Basileæ 1551. in fol. editus Messahalah de ratione circuli & stellarum, & qualiter in hoc sæculo operentur, liber vnus.

De Galeoto Martio Narniensi hæc habet Michaël Neander in Præfatione ad Eroremata linguæ Græcæ, pag. 219. Galeotti Martij de doctrina promiscua liber varia multiplicique eruditione refertus. Cuius etiam libros tres de rebus vulgò incognitis cùm aliquando ab Ioanne Brassicano (qui ex Budensi Bibliotheca illos Matthiæ Regi inscriptos nactus fuerat) excudendos accepisset Oporinus, & quia nullum aliud exemplar extare videbatur, Philippo Becchio optimo atque doctissimo Iuueni describendos dedisset: priusquam typis committerentur, Itali cuiusdam Bibliopolæ fraude interceptos periisse non semel idque meritò conquestus est. Hæc ille, ex quibus intelligas quam gratiam eruditi omnes

habituri sint Bibliothecæ Regis Christianissimi, quæ pæne desperatum illum thesaurum post tot annos luci restituet, qua iam à pluribus annis dignus est habitus. Libri autem eiusdem Auctoris duo de homine & eius partibus necnon doctrina promiscua prodierunt Basileæ typis Frobenii excusa & Florentiæ apud L. Torrentinum, anno 1548. in 8.

Pag. 49. Æthici Cosmographica quædam edita sunt à Iosia Simlero mendis quàm pluribus deformata. Nos excusa cum membranis conferemus.

Fr. Oderici de Foroiulij, seu Odorici de Portu Naonis, Ord. Minorum, Itinerarium emisit in lucem R. P. Ioannes Bollandus Tomo I. de vitis Sanctorum ad diem 14. mensis Ianuarij.

Ad pag. 50. Petri Aponensis differentiæ Philosophicæ & Medicæ in compendium redactæ opera Gr. Horstij prodierunt Giessæ Hessorum, 1615. in 4. libro titulus est, Conciliator enucleatus. Vide & Mesuæ opera apud Iuntas Venetiis, 1581. Commentarius eiusdem Petri Patauini in Aristotelis Problemata excusus fuit aliàs Parisiis anno 1520. in fol. apud Ioannem Paruum:

De Aqua Porettæ præter quæstionem Menghi Blanchelli Fauentini vidi Bunerium de Baueriis de Porrettę balneo, & aliis cum collectione Auctorum de Balneis, Venetiis, in folio apud Iunctas anno 1553.

In Monasterio Longipontis Ordinis Cisterciensis Diœcesis Suessionensis inter cæteros seruabantur hi codices MSS. vt didici ex indiculo ante complures annos scripto manu viri perquàm eruditi.

Petrus Capuanus. Sermones Balduini, eiusdémque de commendatione fidei. Sermones Petri Manducatoris. Philippus Cancellarius in Psalterium. Homiliæ Ioannis de Abbatisuilla. Aëlredus super onera Isaiæ, eiusdémque speculum Charitatis. Arnoldi de Bonofonte Sermones. Diadema Monachorum. Verbum abbreuiatum Petri Cantoris. Prognosticon Iuliani Toletani. Sermones Odonis Abbatis de Morimundo & tractatus eiusdem de tribus Hierarchiis. Chromatius Episcopus de octo Beatitudinibus. Claudianus de statu animæ. Epistola ad quemdam sapientem. Epistolæ Prosperi & Hilarii ad Augustinum. Errores Abailardi & Giliberti Episcopi Pictauiensis & auctoritates Patrum aduersus eos. Oratio sancti Audoëni contra tonitruum. Epistolarum B. Pauli expositio tribus voluminibus, quam V. Beda ex libris S. Augustini collegit. Methodius de fine sæculi. Alexander & Didymus de Philosophia. Liber eiusdem

de falsariis scripturarum. Epistola de natura corporis humani. Berengerus super Apocalypsim. Sermo Achardi super, Ductus est in desertum. Miraculum de Theophilo. Apologeticus Bernardi. Liber Pastoris nuntij pœnitentiæ. Sententiæ cuiusdam de prædestinatione & reprobatione. Remigii Altissiodorensis de Missa. Idem de Ecclesiasticis indumentis & de prodigo. Passio sancti Thomæ Cantuariensis abbreuiata. Glossulæ super Prologos Hieronymi & super quasdam sententias vtriusque Testamenti. Guibertus Abbas de Incarnatione Domini contra Iudæos, & Iudaizantes, ad Bernardum Decanum Suessionensem.

Cantor de Consiliis cum duobus Pœnitentialibus M. Bartholomæi Exoniensis Episcopi & Roberti Canonici sancti Victoris. Summa Guillelmi Altissiodorensis. Sententiæ Petri Lombardi. Quæstiones M. Martini, & expositio super, Quicumque vult saluus esse. Quæstiones fratris Henrici. Inuentio corporum SS. Geruasij & Protasij cum Meditationibus Hugonis. Robertus super Apocalypsim. Miracula B. Virginis. Psalmus Dauid, qui non habetur in Psalterio. Ecclesiastes glossatus, cui præmittuntur Epistolæ Canonicæ. Tractatus de excellentia Euangelij. Interpretationes quorumdam nominum Hebraicorum secundùm ordinem Alphabeti. Pars vitæ Mariæ Ægyptiacæ. Sermo de eo quod scriptum est, Memento Creatoris tui. Epistola S. Bernardi ad Pręmonstratenses. Abbreuiatio Petri Cantoris super Decreta Grati ani. Historiæ Manducatoris.

Herueus super Isaiam. Radulfus super Leuiticum. Versus de Sacramento altaris. Rabanus in libros Regum. Purgatorium sancti Patricij. Expositio imperfecta in Matthæum, cuius Auctor ignoratur. Stephanus Cantuariensis Episcopus in duodecim Prophetas.

Homilię Adami Episcopi Siluanectensis. Homilia vna de duobus Discipulis in Emmaus. Petri Damiani liber gratissimus. Amalarius de Diuinis officiis. Visio Petri Abbatis Igniacensis. Paulus Orosius contra Paganos. Vita Caroli Regis Francorum. Abbas Tuitiensis in Cantica. Interpretationes nouę nominum Hebraicorum. Fulbertus Carnotensis super, Misit Herodes. Richardus de Patriarchis & de mystico somnio Nabuchodonosor.

Passionarius primus in quo continentur vitæ & passiones sanctorum à Natiuitate Domini ad VIII. Idus Februarij. II. à Kalendis Ianuarij, ad VII. Kal. Martij. III. à quarto Calendas Martii, ad quartum Calendas Aprilis. IV. à quarto Nonas Aprilis ad duodecimum Calendas Augusti. V. à tertio Calendas Apri-

lis, ad tertium Calendas Augusti. VI. à pridie Calendas Augusti vsque ad finem eiusdem. VII. à Calendis Septembris, vsque ad sextum Idus Octobris. VIII. a septimo Idus Octobris, vsque ad decimum quartum Calendas Decembris. IX. à decimo tertio Calendas Decembris, vsque ad Natale Domini. Vitæ Confessorum ab Idibus Maii vsque ad Inuentionem S. Crucis.

Pannormia Iuonis. Tractatus Algeri Leodiensis de corpore & sanguine Domini. Reuersio siue pœnitentia Mariæ neptis Abrahæ Eremitæ. Papias tribus voluminibus. Liber deflorationum, in quo præmittitur Introitus, vbi agitur de distinctione & sensibus Sacræ Scripturæ. Richardi Excerptiones de origine artium, de situ terrarum, & de cursu Historiarum & de Allegoriis & Tropologiis Scripturarum.

Senecæ sex volumina. S. Augustini quadraginta ad minus volumina. Ambrosii, Chrysostomi, Bedę plurima volumina.

Titulus tabulę librorum exornabatur hoc Terrasticho.

Fratribus hic pando rescripta volumina, quando
Qui non nouerunt, per me cognoscere quærunt.
Nomina distinguo librorum, post loca pingo,
Et quis in his ordo sit, noscere, quando legor, do.

Oratio habita in Synodo Argentinensi in pręsentia Episcopi & Cleri, anno 1482. feria quinta post Dominicam, Quasimodo, per Doctorem Ioannem Griler de Keisersberg. Item, sermo factus per Magistrum Iacobum Laudensem Episcopum, & Apostolici Palatii Magistrum super condemnatione Hieronymi de Pragâ hæretici in Constantiensi Concilio, 1416. die 30. Maii, cum sermone incerti in Euangelium seu parabolam de seminante semen suum, & Epistolâ quadam Concilii Basileensis, anno 1433. necnon Concilij Constantiensis, anno 1415. *Ex volumine 651. Miscellaneorum CC. FF. Puteanorum.* Sunt & alia quamplurima in celeberrimis illis nostratis vniuersę Historiæ Promptuarijs, quæ angustis huiusce Supplementi X. cancellis nequeunt coerceri.

Extabant porro apud HENRICVM SVAREM Auenione, anno 1646. In codd. MSS.

Anonymi liber de qualitate cęlestis patriæ in 4.

Vita B. Petri de Luxemburgo edita ab Auctore ipsi coætaneo sedente adhuc Clemente VII. in 4.

Commentarii in Epistolam S. Augustini ad .... quibus ostenditur ipsam maximè quadrare illis temporibus schismatis. Incipiunt: Nota, Lector, dictam Epistolam maximè applicandam iis, quę facta fuerunt Pisis, vbi Episcoporum Episcopus absens

&

Inauditus condemnatus fuit, in fol.

Primus Tractatus compilatus Auenione per Fr. Nicolaum Aymerici S. Theologiæ Doctorem, Ord. Prædicatorum, ad mandatum sanctissimi D. N. Papæ Clementis VII. anno 1378. secundus Tractatus, vtrum Papa possit vel debeat Papatui renunciare compilatus ad mandatum Domini Benedicti XIII. in fol.

Martyrologium Galliæ Christianę cum Obseruationibus eruditissimis.

Sanctoralis Fr. Bernardi Guidonis, Episcopi Lodeuensis, volumina duo. I. Martyrum. II. Confessorum & Virginum: eiusdem Chronicon Pontificum, & Chronicon Imperatorum.

Statuta ciuitatis Auenionensis, quo tempore sui iuris erat: Item constitutiones variorum Regum Siciliæ, & aliorum Principum, fol.

Gesta MSS. Conciliorum: Narbonensis per D. P.. Narbonensem Archiepiscopum: Biterrensis per D. G... Archiepiscopum Narbonensem: Valentini per D. P... Albanensem Episcopum & H... sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem: Bitericensis per D. Simonem sanctæ Cæciliæ Presbyterum Cardinalem: Albiensis per D. Loen Auenionensem Episcopum Apostolicæ sedis Legatum: Montispessulani per Iacobum Narbonensem Archiepiscopum: Biterrensis per D. Tornacensem Episcopum: Tolosanensis: Auenionensis, anno 1209. Auenionensis sub Galbetto Archiepiscopo Arelatensi 1326. Auenionensis item sub Galberto 1337. Auenionensis Petro de saxo (forte Fuxo) & Alano Cardinalibus Apostolicæ sedis Legatis.

Varij Episcoporum Catalogi.

Tractatus Magistri Arnaldi de Villanoua Papæ Physici, magnique Theologi, pro ordine Cartusiensium, super esu carnium.

Tractatus de schismate Clementis VII. cuiusdam Monachi eruditi hoc titulo: Liber de iudicio veritatis contra Bartholomæum, &c. Item Carmen de eodem schismate.

Supplementum M. Verneronis.

Chronica Abbreuiata.

Vitæ SS. MSS. S. Pauli Narbonensis, S. Quinidij Vasionensis, S. Martini de vlmis, S. Rusticulæ, SS. Petronii & Marcelli, S. Benedicti de Ponte, S. Pontij Abbatis, S. Andreæ, SS. Magni & Agricolæ, S. Ruffi, S. Roberti, &c.

Clauis sapientiæ liber Chymicus: Item Mariæ Prophetissæ practica: Almansoris anatomia, & de plantis.

Expositiones in Psalmos Domini Ioannis à Laurentiis I. V. Doctoris.

Alciati, Ripæ, Parisii, & aliorum ICC. Consilia varia: & Æmilij Ferretti opera.

Orationes habitæ in collatione insignium Patauij ab Anonymo.

Inuentarium librorum, qui olim extabant in Bibliotheca S. Martialis. Verum iis omissis veniamus tandem.

Ad Coronidem Poëticam.

Pag. 55. De Parabolis, Alani de Insulis liber, Carmine Elegiaco scriptus, postquam hæc primùm fuerant excusa, meas venit in manus iampridem typis commissus.

Ad pag. 59. M. Gualfredus, quem Grammaticum appellat Ioannes Balæus, asseritque vixisse sub Henrico VII. Anglorum Rege, hoc est circa annum 1490. carmen suum dicauit Summo Pontifici Innocentio VIII. quod incipit.

Papa Stupor mundi, si dixero Papa Nocenti,
Acephalum, &c. Desinit:
Flebilis & sit ei melius ratione potentis.
Herici versus editi sunt, anno 1543. del. 1540.

Ad pag. 62. De opere Prosometrico Iacobi Caietani de Stephanischis Diaconi Cardinalis in tres partes distincto cum Responsorio & duabus Antiphonis in honorem S. Petri de Murrone seu Cælestini V. Papæ ab eodem conscriptis consule, quæ, dicta sunt, pag. 136. in Appendice ad Supplementum Quintum.

Matthæi Vindocinensis Abbatis Tobias metrificatus sæpius iam olim editus est.

Pag. 66. Memoriale Medicaminum ex codice Thuanæ Bibliothecæ 435. & de Balneis versus cuiusdam Anonymi ex, codicibus Puteano & 1001. II. Partis Bibliothecæ Regiæ.

Iis addi poterunt Guillelmi Apuliensis rerum in Italia ac regno Neapolitano Normannicarum libri quinque Rothomagi editi, anno 1582. & Lodoico Balliolo Lonleij & Sylleij Cœnobiarchæ dicati à Ioanne Tiremæo Hauteureo Fisci in Prouincia Rothamogensi Patrono, necnon Petri de Blarroriuo insigne Nanceidos opus, siue de bello Nanceiano libri sex versibus conscripti, & anno 1476. in D. Nicolai pago celebri Lotharingiæ excusi.

Ad Speciminis Græcarum Lectionum Partem Primam Historicam & Chronicam.

Præter ea quæ singulis fermè paginis ex Bibliothecâ Naudæanâ adduximus, placet hæc quoque additamenti loco κὶ ὡς ἐπιμέτρου

sequentibus obseruatiunculis præfigere.

Petri Arcudij Laudatio Gregorij XIII. Romani Pontificis in codice 55. In 42. Puerilis narratio animalium quadrupedum. Incipit: Διήγησις παιδιόφραστος. Desinit: διέμεινεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Photii Patriarchę Constantinopolitani collectio de Episcopis & Metropolitis. Incipit: ἐν πόσοις φαίνονται προεχόντως οἱ ῥωμαῖοι. Desinit: Γαγγράνης ἐθέξατο. Sequitur de Episcopis in alias & nobiliores sedes translatis. Incipit: ὁ μέγας Εὐστάθιος Desinit in Germano qui ex Adrianopolitana translatus est in sedem Constantinopolitanam. Cod 57.

Sancti Ephrem encomium sancti Basilij. Incipit: κλίνατέ μοι τοὺς ἀκοὰς ἀδελφοί. Desinit: ἀνευφήμησαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Cod. 60.

Duo Tractatus 1. aduersus Macedonium initio mutilus, alter aduersus Eutychem. Incipit: πῶς ἐν πλημμέλησας. Desinit: τῶ πάντα ποιοῦντος. Cod. 61.

Procopij Cæsariensis de Ædificijs Iustiniani Imperatoris Incipit: οὐκ ἀρετῆς. Desinit ἀμήχανον εἶναι. Cod. 62.

Meletij Monachi de homine. Incipit: τὸ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου. Cod. 63.

Sancti Cyrilli Patriarchæ Alexandrini de animalium proprietatibus & plantarum. Incipit: Απαντες ἔργε καὶ δημιουργὸς λόγε. Desinit: ὁ δημιουργὸς καὶ σοφὴ παντουργία. Cod. 64.

Synodus in quercu contra S. Ioannem Chrysostomum & Innocentij Papæ I. Epistola ad Arcadium Imperatorem, cum aliis. Codd. 66. & 68. In 71. verò continetur Methodij Patarensis Episcopi Symposion decem Virginum, quod in aliis quoque Bibliothecis occurrit.

Pag. 71. Cum Apollonii Tyri Historia iungenda Callisthinis, vt dicitur, Historia, de rebus Alexandri Magni.

Ioannis Clerici de capta Thessalonica, narratio incipit: ὡς ἀρίστη τῶν ἀγαθῶν ἡ φιλοπονία. In fine mutila est.

Pag. 73. Encomium Georgij seu, potius Matthæi Camariotæ.

Clementis vita incipit: τρίτον τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας προέστη Κλήμης. Desinit: καὶ διαμένει αὐτῷ ὁ ἔπαινος εἰς ἀεί. Ignatij verò incipit: ἄρτι τραίαντὶ τὰ τῶν ῥωμαίων. Desinit: καὶ βίου καθαρότητος ἐπιμέλεια.

Pag. 74. Nicephori Blemmidæ laudatio incipit: Εὐαγγελιστῇ Θεολόγῳ πρεπτικῆ. Desinit: ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ. Georgij verò Decapolitæ narratio incipit: ὁ φαινγὸς Νικόλαος λεγόμενος Ιουλᾶς. Desinit: ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

In Catalogis Bibliothecarum Cardinalis Sfortiæ & Monasterij Cryptæ Ferratæ prope Romam, qui penes me sunt integri

ingentem planè copiam reperimus Vitarum, Passionum, Elogiorum, Martyriorum, βίοι, ἄθλησιν, πλησίων, μαρτύριον, &c. quæ cum pluribus aliis, Deo bene iuuante, exhibebimus in altera Decade nostrorum Supplementorum.

Ad partem II. Biblicam & Theologicam.

Pag. 77. & 78. Catena in Pentateuchon contexta est ex variis testimoniis Basilij, Chrysostomi, Theodori, Seueri Gabalensis, Acacij Cæsariensis, Diodori, Gennadij CP. Theodoreti, Apollinaris, Ephraimi, Theophili Alexandrini, Eusebij Emiseni, Hippolyti Portuensis, Serapionis Thmuensis, Didymi, Philonis Hebræi, & aliorum.

Catena in libros Regum ex Cyrillo, Theodoreto, Diodoro, Origene, Symmacho, Hesychio, Didymo, Eusebio, Seuero Antiocheno, Epiphanio, Gregorio Nysseno, &c.

Catena in Psalmos ex Areta, Athanasio, Basilio, Cyrillo, Didymo, Diodoro, Eulógio, Eusebio, Gregorio Nysseno, Hesychio, Chrysostomo, Origene, Theodoro, Theodoreto.

Est etiam in codice Regio 1798. Euthymii Zygabeni Commentarius in Psalmos.

Pag. 79. Anonymi Commentarius in Matthæum in codice Naudæano incipit: βίβλος γενέσεως ἐστὶ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Desinit: ἐστὶ τοῦτο. Electa vero moralia ex SS. Patribus in idem Euangelium incipiunt: Βασιλεὺς ἐξαίφνης. Desinunt: μαρτυρεῖται ὅτι εἶπον τοῦτο.

Pag. 84. Eustratii Presbyteri CP. Liber fine mutilus sic incipit: Σολομὼν ὁ σοφὸς ὁ τοῦ Πε φίτυ ἢ βασιλέως Δαβίδ.

Pag. Pag. 86. Conspectum Nouæ editionis Græcæ & Latinæ omnium operum sancti Ioannis Damasceni Presbyteri & Monachi in quatuor Tomos distributorum exhibuimus ab vno alteróue mense Lectoribus Antiquitatis Ecclesiasticæ studiosis Indagatoribus, ac typis elegantibus Sebastiani & Gabriëlis Fratrum Cramoisyorum vulgauimus dispergendum per omnes Europæ Prouincias, vt si quid ex quamplurimis sanctissimi illius Doctoris opusculis hactenus incognitum fuit, illud nobis Eruditorum Virorum operâ atque indicio innotescat. Tres Tomos dictâ paginâ 86. duntaxat polliciti eramus, verùm re postmodum pensiculatiùs examinata Quartum aliis addendum esse iure merito censuimus.

Seq. pag. Manuelis Chrysoloræ opusculum incipit: Ῥωμαίοις γέγραφεν ὁ μακάριος Παῦλος. Desinit: ἐργασίας σφόδρα εὕρητω βεβαιούμενος.

Pag. 88. De sanctissimo Abbate ac Martyre Maximo, eiusque operibus plurima dici possent, si per otium liceret in singulis immorari. Ne quis tamen per contemptum aut negligentiam prætermissum à nobis existimare possit celeberrimum illum Catholicæ veritatis Vindicem, qui in Castello Alanis obiit die 13. Augusti anno Christi 657. præter ea quæ Possevinus noster exhibuit ex tribus MSS. Vaticanæ Bibliothecæ & ex nonnullis Bauaricæ, Augustanæ, aliarúmque codicibus, ex Photii μυριοβίβλῳ commatibus 191. 192. 193. 194. 195. Tomo octauo Annalium Ecclesiasticorum Cæsaris Cardinalis Baronii cui subnectitur disputatio cum Pyrrho aliisque qui de vna voluntate in Christo nouum inuexerant dogma Græcè ac Latinè à nostro Francisco Turriano edita, ex bibliotheca SS. PP. Margarini Bignæi, & obseruationum Sacrarum Iacobi Billii Prunæi libro primo capitibus 12. & 17. aliisque, paucula hic subiiciam ex codice 127. Bibliothecæ Sfortianæ qui Possevino ignotus omnino fuisse videtur, cùm in classe Theologorum vltra 116. aut 122, non progrediatur. In quo volumine operum sancti Maximi hæc habebantur: Responsiones sexaginta quinque de locis Scripturæ ad Thalassium Presbyterum, liber de duabus naturis Christi contra Arium, Nestorium, Sabellium & Eutychem. Ad Iordanem Presbyterum, quòd anima post mortem operationem habeat intellectualem: Ad Abbatissam quæ recesserat à vita Monastica, & egit pœnitentiam. Expositio in Orationem Dominicam. De tristitia secundum Deum. Epistola longa de desiderio Spirituali ad Thalassium Presbyterum. Ad Georgium Præfectum qui nauigauerat Constantinopolim. Ad Pyrrhum Presbyterum Epistola. Ad Iordanem Cubicularium de rectis Ecclesiæ dogmatibus & contra Seuerum Expositio rectæ confessionis. De eadem re Tractatus. Quomodo oporteat intelligere quod est in Epistola Cyrilli ad Succensum, & quòd non repugnet dicere duas naturas & vnam naturam incarnatam. Capita plura contra Nestorium & Seuerum. Ad Cosmum Diaconum Alexandriæ de substantia & hypostasi. In difficiles quosdam locos Dionysij & Gregorij expositio. Ad Ioannem Episcopum Cyzici Epistola. Maximi eiusdem Theoriæ siue mysticæ explanationes de transitu maris rubri, de ascensu Moysis in montem, de Iesu Naue Ducis transitu Iordanis, de Hiericho & septemplici circuitu eius, de Tyro & rege eius, in illud: Pater meus & Mater mea dereliquerunt me, in visionem Eliæ in spelunca Choreb, de separante domum immundam iuxta ritum Legis Mosaicæ, de Elia & vidua Sareptana, in Transfigurationem

Domini, de lege naturali & ſcripta & de conſonantia earum, de quinque modis naturalis contemplationis, de Melchiſedecho, de Abraham & Moyſe, quomodo ſint imitandi Sancti ante legem & poſt legem & de lege naturali & ſcripta, & de eo qui incidit in latrones, de tranſgreſſione Adæ. Multa eiuſdem Maximi opuſcula recenſet idem Poſſeuinus pag. 30. & 31. Appendicis ad Apparatum Sacrum in Catalogo librorum Græcè manuſcriptorum, quos Franciſcus Turrianus Theologus Societatis IESV antequam eidem Societati nomen dediſſet, hinc inde præſertim è magnâ Græciâ conquiſierat, & in eandem Societatem Romæ illatos, plures Latinitate donauit, qui extant in tribus poſtremis Tomis Antiquæ Lectionis Henrici Caniſij. Quæ verò in Bibliothecæ Regiæ ditiſſima gazâ, aliiſque pluribus Bibliothecis continentur, ſparſim inſeruimus ſeptimo noſtro ac præcedentibus Supplementis, vt ex Indice ſubiecto quiuis facilè poterit dignoſce; plura quoque in altera Supplementorum Decade Deo dante ſubminiſtrabimus ex Catalogis Barberinæ, Seguerianæ, Sfortianæ, Cryptæ ferratenſis, ſimiliúmque nobiliſſimarum Bibliothecarum.

Ad pag. 89. linea tertia: cum eiuſdem Hiſtoriæ libris 28. 29. 30. & initio 31. Deinde pro Chamætæ ſcribe Chamaëtæ. Tum Nili, fortean Nicolai Cabaſilæ. Nihil tamen mutandum, nam pag. 136. mentio habetur Nili Theſſalonicenſis Archiepiſcopi cui Nicolaus Cabaſilas Epitaphium ſcripſit.

Pag. 95. initio ſcribe, Nili ex Præfecto CP. Monachi. Tum, Vidi & opuſculum eiuſdem ſancti Nili, &c. ſeq. pag. Enchiridion pœnitentiale incipit: ὁ ἑκὼν φονεύσας ἔχει ἐπιτίμιον. Deſinit: ἀφιπάτων πλημμελήματα. Horologium Monaſticum incipit: ἐπεὶ παιδίας οἱ ἅγιοι γεγόνασι. Deſinit: ἀλλὰ καὶ λίαν ἀναχαλᾶσθαι. Inſtructio verò vitæ Monaſticæ hoc principio exorſa, Πῶς τὸν μὴ εἰδότας in hæc verba deſinit: ἔμοι καὶ αὐτοῖς διαγνῶσιν.

Ad tertiam partem Epiſtolicam & Diplomaticam.

Adelgeri Epiſcopi ad Honſudam recluſam Epiſtola in hanc ſeriem temerè admiſſa ad primam ſpeciminis noſtri partem reuocari debet cum quibuſdam fortè aliis.

Pag. 100. Iamblichi reſponſio Abamonis nomine ad Epiſtolam Porphyrij incipit in codice Naudæano: Θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμών: deſinit verò, τῆς ὁμονοητικῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους.

Ad quartam partem Technicam & Philologicam.

Ad pag. 110. obseruet velim Lector Grammatices Græcæ Studiosus, opera & studio V. C. Leonis Allatij Romæ apud Mascardum anno 1641. prodiisse Tiberium Sophistam, Herodianum, Lesbonactem Romanum, Michaëlem Apostolium, & alios de Figuris Grammaticis Græcè & Latinè : quæ tamen opuscula nondum mihi videre contigit.

Pag. 113. Ioannis Itali expositiones incipiunt: Πολλοὶ μὲν πολλαχῶς τῶν ἀρχαίων. Desinunt, πῶς ὡς διείλεκται. Pag. seq. sub medium adde: In eodem codice Regio 547. Neophyti Monachi diuisiones πάσης ὑφ᾽ ἡμᾶς φιλοσοφίας.

Pag. 115. Syriani Philoxeni commentarius incipit: Ἐν τῷ μείζονι α τῆς περὶ ἐκλείψεως. Desinit: τὰ ἀληθέστερα καὶ θεοφιλέστερα. Ibidem sub finem obserua Theonis Smyrnæi Platonici eorum quæ in Mathematicis ad Platonis lectionem vtilia sunt, expositionem è Bibliothecâ Thuanâ editam Græcè, Latina versione acnotis eruditissimis illustratam à V. C. Ismaële Bullialdo Iuliodunensi prodiisse in hac Parisiensi Ciuitate anno 1644. in 4. apud Ludouicum de Heuqueuille sub signo Pacis.

Multa iis, quæ de Mathematicis & Astrologis diximus sectionibus quarta & quinta, adiungenda essent atque interpolanda, sed tædet in minutiis istis persequendis ac scrupulosius recensendis tempus operamque ludere. Cum ad secundam editionem venerimus singula retractandi facultas otiúmque, vt spero, non deerit. Vide interim quæ de Mathematicarum Disciplinarum variis Scriptoribus in lucem dederunt Iosephus Blancanus post loca Mathematica Aristotelis, Hugo Sempilius Craigbaitæus Scotus ad calcem librorum duodecim de Mathematicis disciplinis & nupertimè Gerardus Ioannes Vossius.

Pag. 128. Aristotelis Liber de Pomo editus fuit anno 1496. Venetiis, cum quibusdam aliis eiusdem Maximi Philosophorum Principis opusculis supposititiis. Pag. seq. pro Demetrii Physica, lege Democriti, & pro Chymicæ Artis deditis, lege Arti. Illud porrò subrogatum Democrito opusculum in codice Naudæano 51. Incipit: ἥκων εἰς λόγον φύσει. Desinit: ἐρρῶσθαι ἐν τῷ δεσπότῃ ... Scholia verò Synesij incipiunt τῆς περὶ ... μοι ἐπιστολῆς ... ον. Desinunt: λέγεται καὶ τὸ ἀρσενικόν.

Pag. 131. Adde Theodori Hermopolitæ Eclogas Basilicorum cum interpretatione in decem libros diuisas in codice Regio 549. Sunt & quædam alia ad Ius Græco-Romanum spectantia in

Codicibus Naudæanis 65. & 76. quæ aliàs non omittentur.

Ad Coronidem Poëticam.

Pag. 133. Exciderunt Constantini, Philosophi Siculi versus de naufragio parentis & fratrum. Quod verò attinet ad Cyrilli Alexandrini versus de natura animalium & plantarum, iidem habentur in codice Naudæano 64. vt paullò ante monuimus.

Ad Supplementum primum.

In Tomis compluribus Rerum Germanicarum non dubito, quin aliqua recusa sint opuscula eorum Historicorum, quos Henricus Canisius è tenebris erutos primùm, & post eum Petrus Steuartius vulgauerant. Si quæ ex iis scitè propriis inserta locis animaduerterimus, ab eorum iterandâ editione prorsus abstibimus.

Pag. 153. Concilia tria Salisburgensia lege, abrogatis Comitiis.

Pag. 159. De Ioanne Damasceno. Vide Conspectum nouæ editionis Græcæ & Latinæ omnium eius operum.

Pag. 160. Lutetiæ Lege, pro Lutesiæ, & editæ pro edite. Seq. pag. cuius numerum in titulo 161. pro 219. reponere non grauaberis, & oscitantis Typothetæ supplere supinam in his & quibusdam aliis negligentiam.

Pag. 161. linea 6. cum breui quoque fragmento, &c.

Pag. 164. lin. 2. habeant innumerato Scriptores non contemnendos.

Ad Supplementum secundum,

Postquam typis Supplementum illud fuisset mandatum, venit in manus meas alterum exemplar Catalogi librorum MSS. Scipionis Tettii in quibusdam auctius eo, quem in lucem asseruimus, vt ex subiectis additiunculis quiuis facili negotio discet.

M. Iunij Hypsi de mensuris agrorum liber.

Ildefonsus de Scriptoribus Ecclesiasticis & Isidorus.

Porphyrij Paneg. Constantino Cæsari dictus carmine.

Vitruuij Rufi ex Epaphrodito Architectonica.

Eugraphij commentarius in Terentium cum Veteri Calendario.

Æneæ Medici de pulsibus & ~~περὶ~~ ...

Agathiæ Historiarum libri quinque in Vat. Carp. & apud Farnesium.

Alypij Harmonica Isagoge.

Antiochi thesauri apotelesmatum cum aliis multis in Carpensi Bibliothecâ.

Aristidæ Quintiliani Harmonicon libri tres.

Arriani Parthica, Bithyniaca, Alanica quæ post Alexandrum.

Amphilochij Theologi opera.

Pag. 169. Lege Africani cesti, nón xesti.

Cæsarij liber.

Chirurgicorum libri duo collecti à Magno.

Chrysostomi opera omnia in Vaticana.

Eunomii Cyziceni liber apud Card. Sirletum.

Georgij Pisidæ Cosmopœa Iambicis tribus millibus.

Gregorij Thaumaturgi opera in Vaticana.

Heraclidis, scripsimus Heraclyti, apotelesmata.

Herotiani seu potius Erotiani Lexicon vocum Hippocratis per alphabetum in Vaticanâ & Carpensi.

Hieroclis in Pythagoræ vel Philolai aurea carmina, &c.

Hipparchi Hicæi, diximus Nicæi.

Ioannis Antiochensis de coniurationibus.

Marcelli Sidetæ de piscibus liber vnus carmine.

Procli Canones manuales.

Synopsis schematum Hermogenis.

Theophanis Byzantii Historiarum libri sex in Vaticana.

Theodori Alaniæ Ethica, tomis decem, in eadem.

Vaccæi vel Bacchii senis Isagoge harmonica in Carpensi & aliis.

Zosimi, Archelai, Synesij, Theophrasti, Hostanis, Heliodori, Satyri, Hierothei, Pelagij, Pselli, Stephani, & aliorum libri de Arte sacra falsi ac supposititii saltem plerique omnes.

Ad Supplementum quartum.

Vidi manu V. C. Nicolai Rigaltij, in supremo Mediomatricum Senatu Consiliarij, scriptum schedio'um, ex quo hæc quæ sequuntur, in Bibliotheca Hispanica S. Laurentii latere didici. In ijs

Cyrus Theodorus Prodromus in Psalmos.

Damascius Stoicus de primis principiis.

Hermias in Phædrum Platonis.

Eumolpus Phile in quatuor Orationes Gregorii Nazianzeni.

Orionis Grammatici περὶ ἐτυμολογίας.

Eustathius Antiochenus in Hexaemeron.

Ioannes Tzetzes in Homeri Iliadem.

Palladius in Hippocratem. Incipit, Αφπνοῖς μεθόδοις, &c.
Demetrius Cydonius de processione Spiritus sancti.
Photii Patriarchæ Constantinopolitani Epistolæ XLVII.
Briennius de gestis Alexii Comneni.
Nicephorus Blemmydes εἰς τὸν αὐτοκράτορα Δούκα τὸν Λάσκαριν.
Glossæ in Aristidis Panathenaicum.
Alexii Aristini Expositiones Canonum.
Andronicus Peripateticus de virtute.
Menegaldi vel Menengardi Historia Ecclesiastica.
Theophylactus in Canonicas Epistolas.
Matthæi Blastare collectio Canonum.
Euthenij seu Eutechnij Sophistæ Paraphrasis in Nicandrum.
Demetrii Chalcedonii in Parabolas Salomonis.
Polychronius Diaconus in Ecclesiastem.
Apollodori Mechanica.
Ælius Promotus, Alexandrinus Medicus, de vsu Partium corporis humani.

Anastasii Episcopi de rectis apud nos veritatis dogmatibus sermones tres. Item sermo, Quum ad sedem rediret, In S. Nicolaum Episcopum. In Decollationem S. Ioannis. In Annunciationem Virginis. In Dominicam Palmarum.

VVillelmus Lindanus ex codicibus Regiis in Scoriaco fauente Philippo II. Rege Catholico descripsit, anno 1579. Septembris, 16. Catalogum codicum MsS. quem edidit Antonius Possevinus noster ad calcem Apparatus Sacri cum pluribus aliis hinc inde magna diligentia collectis Bibliothecarum variarum Indicibus. Hunc ego contuli cum exemplari manuscripto, in quo præcedit qui apud Posseuinum dicitur index copiosior. à quo etiam scribendi faciam initium.

Ioannis Euboias oratio historica in Christi natiuitatem. In editis à Posseuino pag. 129. dicitur Ioannes Eubæi.

Ioannis Monachi Paraphrasis sacri Symboli. Posseuino Metaphrasis dicitur.

Practica sextæ Synodi. Apud Posseuinum Acta.

Cosmæ in Canones Dominici Patriarchæ. Poss. Domini.

Variæ horum duorum, *& aliorum* Homiliæ.

P. de Ecclesiastica Hierarchia: quæ à Posseuino sic vulgata sunt. Eiusdem de cælesti & Ecclesiastica Ierarchia.

Ioannis Argyropyli in Papam Nicolaum.

Sic paulo ante Pla.... contra Latinos de processione Spiritus sancti & alij Schismatici plurimi, infra Ioan. Mosch.

Nicolaus Merhonensis. Posseuino Methoneus.

Ex practicis contra S. Octauæ Synodi sic habet MS. & paulò post.

Nicephori Xanthopuli Collectanea ex Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris. Sic enim connectenda quæ apud Posseuinum seiuncta sunt.

Photii Patriarchæ contra Latinos.

Photij Patriarchæ epitome ex Historiis Ecclesiasticis Philo. hoc est, ni fallor, Philostorgij Deo exosi illius Ariani.

Post Hermiæ Salaminij H. E. Theodoreti Philotheos siue Ascerica.

Gregorij Cyprij CP. Legit Posseuinus Constantiæ, in S. Martyrem Georgium.

Vita Euphrasmij magni. Poss. Euphrasini Magni.

Gerundensis in Iob & frag. commentariorum in Pentateuchũ.

De Viris Illustriss. pag. 132. scribe Illustribus.

Quæ gesta sunt inter Liberium & Felicem Episcopum. Mendosè excusum est Tyberium, & initio pag. 133. Tiberium.

Paulò post Ignatii Archiepiscopi Rhemensis opera. Lege Hincmari. fortè scriptum erat Ignari, vt apud Gratianum, aliósque Historiæ nostræ Francicæ ignaros.

Separandum est Georgij Monachi chronicon ab Eusebij Pamphili de laudibus Constantini & de vita.

Michaëlis Halioræ Chronicon. Apud Poss. Kaliorae.

Appararus ad Sacram Scripturam Græcè MS. non fungitur vice tituli, vt pag. 127. apud Posseuinum.

Acta octaui Concilij CP. sub Photio. MS.

Multa videntur habere rationem tituli in MS. quæ continenti cum aliis characteris forma excusa sunt, pag. 128.

Chrysostomi epistolæ ad Olympiadem ab exilio.

Epistola ad Eudociam. Excusa habent Eudoxiam.

E. de reconditis quæsitorum Abbatis Ecclesiæ Sermones in MS. exemplari non videtur instar tituli ab aliis distingui.

Cyrilli de sancta Trinitate. Catecheses Illuminatorum. Sic enim distinguenda ex MS. & fortè repetenda vox Cyrilli, ne quis ad vnum eundémque referat opus vtrumque.

Ioannis Tap. Patriarchæ seu Archiepiscopi CP. de vnitare & pacificatione Ecclesiæ Græcæ & Romanæ.

Habeo quoque Indicem alium librorum aliquot eiusdem Bibliothecæ in Scoriaco per Lindanum exscriptum, qui omnes Auctores Græcè exhibet, hoc initio.

Διδασκαλικὰ ἐν διφθέρᾳ.

Θεοδώρου Στουδίτου κατηχήσεις, &c. quæ alteri, si Deus annuerit, edtioni reseruantur. Interim pag. 184. scribe, atramento ita fugiente. Et pag. seq. sub finem, nomine Ioannis Minimi, cuius varia capita ad Logicam pertinentia Cosmę Episcopo Maiumæ inscripta commemorantur, non alium intellige à Ioanne nostro Damasceno, qui præ singulari modestia se vocare consueuit Ἰωάννην ταπεινὸν μοναχὸν ἢ πρεσβύτερον. Pag. quoque 189. legendum arbitror Ioannis Monachi Eubœæ.

Ad cætera Supplementa.

Iamdudum nos ad se vocat Coronis Libraria, adeóque nostri huius speciminis ac Supplementorum finem exposcit. Quare prætermissis iis, quæ addi possent, nihil aliud quàm σφάλματα quædam τυπογραφικὰ imposterum annotabo.

Pag. 191. Poliorceticis. *199.* Signensis seu Signiensis. Tum regnum cęlorum. 201. Liber de altercatione animæ & corporis. 206. Propositiones Mag. Petri. 208. Conclusiones, & Armoricæ. 213. Manuelis Bryenij, & Auerrois. 214. epidemiâ: & sub nomine Galeni. *219.* Nunnesius. 230. Dele Eusebii. A pag. 246. vsque ad 260. non ambigo multa irrepsisse menda, vt in fine pag. 259. admonui. 272. Calderini. 277. Messahala, 290. Sub finem, Nicetæ. 293. Euagrij. 295. Nathanaëlis Chumni. 300. Paschatum, & Mediolanensium per Petrum. 304. de Venetis victoria. 323 cum commento Ioachimi. 330. *d'Antonino.* 343. Domitii Calderini 381. linea. 4. ante finem repone: in illud, cæli enarrant gloriam Dei, &c.

Occurrent & aliæ fortasse Typothetarum aberrantium peccata, quæ Lector Beneuolus æqui bonique consulet, atque ad Coronidem nostram Librariam alacriter percurrendam toto se pectore comparabit.





SVPPLEMENTORVM NOVÆ BIBLIOTHECÆ, SIVE

SPECIMINIS ANTIQVARVM LECTIONVM, CORONIS LIBRARIA.

Hoc est, Bibliotheca Bibliothecarum & Catalogus Catalogorum, Nomenclatorum, Indicum, Elenchorum, &c. quibus Scriptores in quauis arte ac professione precipui, & libri fermè omnes, partim editi, partim inediti, repræsentantur.



LDO *Manutio*, Romano, eiúsque filiis atque hæredibus, quantum erudita respublica, & renascentes præsertim Græcæ litteræ debeant, nemò paullò humanior est, qui nesciat. Omnium librorum qui ex hac Aldina officina variis temporibus prodierunt extat, vt audio, Catalogus, sed vbi, & quo anno editus sit, cùm in manus meas nondum venerit, prorsus ignoro.

Alfonsus Ciacconus, Ord. Præd. MS. habuit Bibliothecam vberem, in qua Auctorum nomina & librorum prænotationes erant, sed eam nón edidit, vt monuit Antonius Posseuinus initio Apparatus Sacri.

Alexandri Baruoëtij è Societate IESV Presbyteri studio atque opera prodiit Catalogus præcipuorum Auctorum ineditorum Græcè MS. qui asseruantur in Bibliotheca Scorialensi Regis Hispaniæ.

Quia verò Index ille omnibus fermè eruditis incognitus lateret post Prolegomena R. P. Baltasaris Corderij ex eadem Societate nostrâ ad sancti Cyrilli Alexandrini homilias xix. in Ieremiam Prophetam Latinitate donatas & Antuerpiæ in 8. editas anno 1648. atque hæ in nobilissima hac ciuitate Parisiensi nescio quo fato desunt in præcipuis quibusque Bibliothecis, & in officinis librariis vix possunt reperiri, rogatus à nonnullis integrum illum ac nulla sui parte mutilum inter Supplementa Speciminis Antiquarum nostrarum Lectionum Græcarum Latinarúmque tertio loco collocaui descriptum ἀνυπαρχεί ex codice quem vtendum mihi dedit V. C. Iacobus Puteanus, cui multis nominibus multa me debere numquam non profitebor.

Alfonsi Garsiæ, Matamori, Hispalensis, de viris Hispaniæ doctis narratio Apologetica. Compluti impensis Alfonsi de Xaramillo 1553. in 8.

Ambrosij Gozzei, Catalogus virorum ex familia Prædicatorum in litteris insignium. Venetiis in 8. an. 1605. apud Franciscum Barilettum.

Andreæ Quercetani, siue Duchesnij, Turonensis, Geographi Regii, Bibliotheca Historicorum Galliæ linguâ vernaculâ bis edita est Parisiis in 8. apud Sebastianum Cramoisy, primùm anno 1618. tum auctior, atque emendatior, anno 1627.

Eiusdem *Andreæ Duchesnij* series Auctorum omnium qui de Francorum historia & rebus Francicis, cùm Ecclesiasticis, tum secularibus, scripserunt ab exordio Regni Franciæ ad nostra vsque tempora. Lutetiæ Parisiorum sumptibus Sebastiani Cramoisy in folio, anno 1633. tum secundâ editione, anno 1635. Eorum verò scriptorum Francicæ Historiæ, quorum editionem aggressus fuerat Andreas Duchesnius, eius filiique Francisci Duchesnij studio atque opera quinque hactenus Tomi prodierunt, in folio, ex eadem Cramoisianâ officinâ.

Andreæ Riueti, Pictonis Galli, atque in Hollandia Caluinianæ sectæ Ministri, extat aliquoties editus in 8. Criticus Sacer, quem ex Bellarmino, Baronio, Posseuino, aliisque Catholicis, atque adeò ex hæreticis Roberto Coco, Sculteto, similibúsque consarcinauit.

Andreæ Schotti, Antuerpiani, Soc. IESV Presbyteri, Hispaniæ Bibliotheca Tomis tribus distincta: in I. Hispaniæ religio, Academiæ, Bibliothecæ, Episcopi, Concilia, Reges, &c. II. Elogium Scriptorum veterum, recentium, Theologorum, Religiosorum, Iurisconsultorum, Medicorum, Historicorum, Poeta-

rum. III. Elogia & Nomenclator diuerſarum nationum Hiſpaniæ, Bæticorum, Luſitanorum, Carpetanorum, Aragonum ac Valentinorum: In fine Epiſtolæ compendio ſe *A. S. Peregrinum* indigetauit, Francofurti, anno 1608. in 4. apud Claudium Marnium & hæredes Ioannis Aubrii. Eodem referre licet Andreæ Taxandri Catalogũ clarorum Hiſpaniæ Scriptorum, de quo infra, editum Moguntiæ in 4. anno 1607. apud Balthaſarem Lippium.

Videndi quoque *Hiſpaniæ illuſtratæ* Scriptores varii, partim nunc primùm editi, partim aucti, atque emendati, ac tomis aliquot diuiſi, eiuſdem *Andreæ Schotti* operâ & ſtudio, Francofurti anno 1603. apud Aubrium. In Tomo II. habetur Alfonſi Garſi Matamori de Academiis & claris Hiſpaniæ Scriptoribus liber ſingularis, de quo etiam ſeorſim egimus.

Eiuſdem Catalogus Catholicorum Sacræ Scripturæ Interpretum ſerie librorum Biblicorum Coloniæ in 4. anno 1618. Biennio ante publici iuris fecerat Indicem Auctorum Romanorum, Externorum, & Medicorum, qui à Caio Plinio in Naturali Hiſtoria citantur, & Tabulis rei nummariæ Romanorum Græcórumque ad Belgicam, Gallicam, *Hiſpanicam* & Italicam Monetam reuocatæ ſubiecerat Græcos Latinóſque, cùm antiquos, tum recentiores, qui de ponderibus, menſuris, & de re Nummaria ſcripſerunt. Antuerpiæ in 8.

Celebratur quoque eiuſdem Catalogus Scholaſticorum Theologorum ſeu Interpretum D. Thomæ. Coloniæ, apud Ioannem Kinchium 1618. in 4.

Idem in Vitis comparatis Ariſtotelis ac Demoſthenis Auguſtæ Vindelicorum editis, anno 1603. de variis Ariſtotelicorum operum Interpretibus Græcis Latiniſque iudicium vulgauit, quod noſtro quoque Syntagmati Philologico de Græcis Ariſtotelis Interpretibus inſeruimus.

Angelicæ Bibliothecæ Catalogus Romæ in ædibus Auguſtinianis. Romæ, anno 1608. apud Stephanum Paulinum.

Angeli Rochenſis Bibliotheca ex præcipuis tantùm quibuſdam & grauioribus Theologis, quos Scripturales vocant, compilata, & ſtudioſorum commodo edita. Romæ, anno 1594. in 8. & in 4.

Bibliotheca Apoſtolica Vaticana à Sixto V. Pontifice Maximo in ſplendidiorem commodioremque locum tranſlata, & à *Fratre Angelo Roccha*, à Camerino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, commentario variarum artium ac ſcientiarum materiis curioſis refertiſſimo illuſtrata. Romæ anno 1591. in 4. ex Typographia Apoſtolica Vaticana. Præmiſit auctorum quos citat nomina, co-

gnomina, origines, monumenta insigniora, & elogia breuiter conscripta atque ex probatissimis Scriptoribus desumpta.

Index librorum F. *Angeli Rochensis* Episcopi Tagastæ & Apostolici Sacrarij Præfecti, Romæ apud Guillelmum Franchiottum, anno Domini 1611. in 4.

Antonij Augustini, Archiepiscopi Tarraconensis, Bibliothecæ, Latinæ, Græcæ, mixtę MSS. Catalogus, Tarracone in 4. anno 1586.

Antonij de Leone, Hispani, Epitome Bibliothecæ Orientalis & Occidentalis, Nauticæ & Geographicæ. Madriti in 4. anno 1629. apud Ioannem Gonzales. *Epitome de la Bibliotheca Oriental i Occidental, Nautica i Geographica por Antonio de Leon, &c.*

Antonij Malleti, Redonensis, Historia Sanctorum, Paparum, Patr. Archiep. Epis. Doctorum, & aliorum virorum illustrium, qui aut Priores fuerunt aut Religiosi in Conuentu sancti Iacobi Parisiensis Ordinis Prędicatorum. Parisiis, apud Ioannem Branchu 1634.

Index capitum librorum Abbatis *Antonij Persij* Lyncei Materani, Ciuis Romani, de ratione Philosophandi & de natura ignis & caloris, Romæ apud Mascardum 1613. in 4.

Antonij Possevini, Mantuani, Soc. IESV Bibliotheca selecta, in quâ agitur de ratione studiorum in Historia, in disciplinis, in salute omnium procurandâ, Romæ in folio, ex Typographiâ Apostolica, anno 1593. tum Venetiis ac Coloniæ annis 1603. 1607, apud Ioannem Gymnicum, &c. In ea sæpe iudicium interponit de variis auctoribus antiquis, recentioribúsque, Hebręis, Græcis, Latinis, & qui vernaculis dialectis scripserunt.

Eiusdem *Antonij Possevini* Apparatus Sacer ad Scriptores veteris & noui Testamenti, eorum Interpretes, Synodos, & Patres Latinos & Græcos, horum versiones, Theologos Scholasticos, quique contra Hæreticos egerunt, Chronographos & Historiographos Ecclesiasticos, eos qui casus conscientiæ explicarunt, alios qui Canonicum ius sunt interpretati, Poëtas Sacros, libros pios quocumque idiomate conscriptos, tribus Tomis, in folio, Venetiis, apud Societatem Venetam, anno 1603. & 1606. cum appendicibus. Idem Apparatus Sacer in duos Tomos distributus, in quibus plus minus octies mille Auctores partim indicantur partim expenduntur, prodiit Coloniæ Agrippinæ in folio, apud Ioannem Gymnicum, 1608.

Iisdem verò subiiciuntur Catalogi Manuscriptorum Græcorum & aliorum etiam codicum, qui cùm ad res Sacras atque Ecclesiasticas pertineant, in antiquis & celebrioribus Bibliothecis asseruantur,

asseruantur, siue numquam antea editi, siue integriores, quàm qui vulgati fuerunt. Incipit à Vaticanæ Bibliothecæ codicibus Græcè MSS. deinde ad Sfortianam, Vallicellanam, Francisci Turriani, Bessarionis, Medicæam apud S. Laurentium & in D. Marci, Vrbinatem ac Pisaurensem, Messanensem, [illegible]ensem, Constantinopolitanas septem (in Patriarchio, Antonij Cantacuzeni Principis, apud Constantinum Barinum, Grammatici cuiusdam, apud Iacobum Marmoretam Principem, apud Ioannem Suzi, & Manuelem Eugenicum) Imperatoriam Viennæ in Austria, Monachiensem Ducis Bauariæ, Augustanam, Heidelbergensem, Fontisbellaqueensem, Scoriacensem in duos distinctam indices, Sirletianam seu Columnensem, Cæsenatem, Cremonensem, Rhegiensem, S. Galli in Heluetia, Varmiensem & Heilsbergensem in Borussia, aliásque deuoluitur, ac tandem in Thomæ Iamesij Eclogæ Oxonio-Cantabrigiensis editoris atque Hæretici virulentissimi eruditâ ac verè Catholicâ castigatione conquiescit.

Antonij Sanderi, Canonici Tornacensis, de Scriptoribus Flandriæ libri tres: de Gandauensibus eruditionis famâ claris libri tres. Item de Brugensibus eruditione conspicuis libri duo. Antuerpiæ in 4. anno 1624. apud Guillelmum à Tungris.

Catalogus Vniuersalis codicum Manuscriptorum in celebrioribus Belgij Cœnobiis, vrbibus, ac priuatis Bibliothecis latentium collectus ab eodem *Antonio Sandero*, Canonico Tornacensi. Insulis apud Tussanum Clericum in 4. anno 1641.

Altera pars eiusdem Catalogi MSS. Belgicorum prodiit anno 1644. in 4. apud eundem Tussanum le Clercq, sub signo sancti Ignatij.

Antonij Senensis, siue de Conceptione, Ordinis Prædicatorum, natione Lusitani, Bibliotheca Virorum insignium Ordinis Fratrum Prędicatorum edita est in 8. cum Chronico eiusdem Dominicani Ordinis. Parisiis, anno 1585 apud Sebastianum Niuellium.

Index præcipuorum fere Auctorum, qui spiritualia ac moralia seu Ascetica scripserunt ex familiâ Prędicatorum, desumptus ex iis, quę *Sixtus Senensis*, *Antonius*, aliique varii scripserunt. Parisiis in 4. apud Antonium Bertier anno 1647.

Antonij Verderij, Domini Vallispriuatæ, Bibliotheca Gallica prodiit in folio Lugduni anno 1585. apud Bartholomæum Honorati. Ibidem quoque excusum fuit eadem formâ eodémque anno Supplementum Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ, quo longè plurimi libri continentur, qui *Conradum Gesnerum, Iosiam Simler*

rum & Ioannem Iacobum Frisium latuerunt, vel post eorum editiones typis mandati sunt. Adiecta est Appendix Codd. Mss.

Apollodori Atheniensis Bibliotheca, de Diis & eorum origine, Græcè & Latinè ex versioue & annotationibus Benedicti Egii Spoletini cum *Scipionis Tettij* tractatu de Apollodoris Romæ: apud Bladum in 8. anno 1555. Editio altera apud Commelinum plerisque in locis emendatior in 8. anno 1599.

Arnoldi Bostij, Carmelitę, Teutonici, Cœnobij Gandauensis in Belgio, liber de Viris illustribus ordinis sui extat calamo exaratus apud R. P. Ludouicum Iacob Carmelitam. Eiusdem *Arnoldi Bostij* liber de Viris illustribus Ordinis Cartusianorum cum libris duobus Petri Sutoris de vitâ Cartusianâ Coloniæ in 8. anno 1609.

Arnoldi de Busto, Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, de Viris Illustribus Ordinis sui, & Monasterii VVindeshimensis citatur ab Antonio Posseuino in Apparatu Sacro, à Gerardo Ioanne Vossio in opere de Historicis Latinis, aliisque. Verùm erroris eos arguent, quæ infra dicemus de Ioanne Bustio.

Arnoldi VVion, Belgæ, Duacensis, Monachi sancti Benedicti de Mantuâ, Ord. Diui Benedicti Nigrorum, Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustinæ de Paduâ, Lignum vitæ, in quinque libros diuisum; in quibus inter cætera Viri Dignitate, Doctrinâ, Sanctitate ac Principatu clari ex ordine Benedictino describuntur. Venetiis in 4. duobus tomis apud Georgium Angelerium, anno 1595.

Auberti Miræi, Bruxellensis, de Belgicis Scriptoribus liber prodiit Antuerpiæ annis 1602. & 1609. in 4. apud Danielem Martinium. Item Antuerpianæ Bibliothecæ primordia in eadem vrbe 1609. in 4.

Eiusdem Elenchus Historicorum & aliorum Scriptorum nondum typis editorum, qui in Belgicis potissimùm Bibliothecis manuscripti extant. Antuerpiæ primum anno 1606. in 8. tum Bruxellis apud Ioannum Pepermannum, anno 1622. in 8. Eiusdem Elenchus Regularum & Constitutionum Asceticarum in 8. Antuerpiæ, anno 1637. apud Iacobum Mesium.

Eiusdem *Auberti Miræi*, Bruxellensis, S. R. E. Protonotarij, & Decani Antuerpiensis, Bibliotheca Ecclesiastica, siue Nomenclatores septem veteres: S. Hieronymus Presbyter & Doctor Ecclesiæ, Gennadius Massiliensis, S. Isidorus Hispalensis, S. Ildefonsus Toletanus, Sigebertus Gemblacensis, Honorius Augustodunensis, Henricus Gandauensis, cum Auctario eiusdem Mi-

rai & scholiis. Antuerpiæ in folio, anno 1639. apud Iacobum Mesium.

Bibliothecæ eiusdem Ecclesiasticæ pars altera siue de Scriptoribus Ecclesiasticis, qui ab anno Christi 1494. quo Ioannes Trithemius desinit, vsque ad tempora nostra floruerunt, opus posthumum. *Aubertus Vanden Eede*, Canonicus, Sigillifer, & Scholasticus Antuerpiensis, publicauit in folio, anno 1649. apud eundem Iacobum Mesium.

Catalogus Græcorum Codicum, qui sunt MSS. in Bibliotheca Reipublicæ *Augustanæ Vindelicæ* quadruplo, quàm antea, auctior, collectore Dauide Hœschelio, impulsore verò Marco Velsero eiusdem reipublicæ Duumuiro. Augustæ Vindelicorum, anno 1595. in 4. ad insigne Pinus. Prior Catalogus editus fuerat, anno 1575. in 8. in eadem vrbe.

Augustini Superbi, Ferrariensis, de Viris Illustribus Ferrariensibus. Ferrariæ in 4. anno 1620. apud Franciscum Suzzi Italicè. Idem quoque de Venetis scripsit. Venetiis, 1629.

Bartholomæi Moseri, Medici, Thesaurus Bibliatricus, siue Bibliotheca gemina Onomastica & Classica: quarum prima omnium Scriptorum qui artem Medicam excoluerunt nomina, ætatem, libros, &c. continet: Secunda per classes rerum præcipuas ac titulos artium digesta cuiusuis materiæ Medicæ, &c. Dilingæ apud Gaspardum Sut. in folio.

Catalogus Græcorum MSS. Codicum qui asseruantur in inclyta Serenissimi vtriusque *Bauariæ Ducis* Bibliotheca Monachij. Ingolstadij in 4. anno 1602. apud Adamum Sartorium.

Bernardi Iunctæ, Io. Bapt. Ciotti, & Sociorum, Bibliothecæ Catalogus librorum, Venetiis 1608. in 12. Item Catalogus librorum qui in Iunctarum Bibliotheca Philippi hæredum Florentiæ prostant. In eadem vrbe Florentina, anno Christi 1604. in 12.

Nomenclatura Doctorum in vtroque iure & Canonico & Ciuili passim per compendia literarum citatorum, Iuris vtriusque Tyronibus maximè necessaria. *Bernardino Gasnero*, Vtinensi, Iurisconsulto auctore. Augustæ Vindelicorum in officina Henrici Steyneri anno 1543. in 4.

Bernardini Rutilij, liber de vitis & scriptis veterum Iurisconsultorum editus est Basileæ in 4. anno 1537. Recusus est ibidem anno 1557. adiectis recentiorum Iurisconsultorum vitis à *Ioanne Fichardo*, Francofurtensi. Lugduni in 8. 1538. apud Germanum Rose. Neander vocat argumentum immensi atque abditi ope-

ris: vt quod supra bis millenimum repeatur annum, & ab infinitis propè authoribus, iisq; intercisis & mancis collectum, quòd illi perpetui atque ordinarii, temporis iniuriâ periissent.

Bostonus Bur.ensis, Anglus, Monachus in cœnobio S. Eadmundi, Catalogum Scriptorum Ecclesiæ conscripsit ex Bibliothecis Monasteriorum Angliæ, quas diligenter excusserat. De eo plura Ioannes Balæus, Iosias Simlerus, Ioannes Pitseus, &c.

Bernardi, Lucemburgensis, Ord. Præd. Catalogus omnium Hæreticorum vsque ad annum 1530. Parisiis in 4. anno 1524. apud Ioannnem Paruum. De iis quoque consulendi Antiquiores *Philastrius*, *Augustinus*, *Auctor Prædestinati* à Sirmondo editus, & alij.

Cæsaris Alexij, I. V. D. Elogia Ciuium Perusinorum. Fulginię apud Augustinum Alterium in 12. anno 1635.

Cæsaris Capaccij Elogia illustrium Mulierum & Virorum litteris illustrium. 1608. Neapoli in 4.

Caij Suetonij Tranquilli de illustribus Grammaticis & claris Rhetoribus libri duo, cum commentatione *Achillis Statij*, notis *Isaaci Casauboni* & aliorum, sæpe prodierunt Antuerpiæ, Geneuæ, Parisiis, &c..

Chinensium variorum librorum Bibliotheca, siue libri, qui nunc primùm ex China seu regno Sinarum cum ipsorum atramento & charta admirandæ magnitudinis aduecti sunt. Amsterdami, 1605. apud Cornelium Nicolai.

Christophori Fers Catalogus perpetuus & alphabeticus omnium librorum Bibliothecæ Academiæ Ingolstadiensis secundùm quatuor Facultates in classes viginti quinque tributus. Ingolstadii in folio, anno 1600. apud Eliam VVillerum, aut præcedenti apud Andream.

Christophori Froschoueris V. Christophori Plantini.

Christophori Plantini, *Christophori Froschoueri*, *Guillelmi Calderii*, *Henrici Petri*, *Hieronymi Commelini*, *Ioannis Cporini*, *Roberti Stephani*, *Plantinianæ Typographiæ Balthasaris Moreti*, *VVecheliana officinæ*, diuersis in locis atque annis editi Catalogi in 8. vno in volumine compacti habentur in Bibliotheca Thuana. Index librorum qui ex *Typographia Plantiniana* prodierunt Antuerpiæ in officina Plantiniana 1615. in 8.

Claudij Clementis Soc. IESV Bibliothecæ, tam priuatæ quàm publicæ instructio libris quatuor. Accessit descriptio Bibliothecæ sancti Laurentij Escurialis & Parænesis allegorica ad amorem litterarum. Lugduni anno 1635. in 4. apud Iacobum Prost.

Claudij Dorsmieulx, Atrebatij, Bibliographus Belgicus seu libro-

rum

rum Index, qui in Regiis maximè Catholicis Belgii Prouinciis, anno Christiano 1640. noui, vel emendatiores, vel auctiores prodierunt in 4. Insulis 1641. apud Tussanum le Clercq. Classis secunda Bibliographi Belgici Bruxellis 1644. Classis tertia, &c.

Videndi quoque Catalogi Vniuersales, hoc est Designatio librorum, qui in Fœderatis Belgii Prouinciis, vel noui, vel emendatiores, & auctiores in lucem prodierunt Amstelodami.

Conradi Gesneri Bibliotheca vniuersalis, siue Catalogus omnium Scriptorum locupletissimus in tribus linguis Latinâ, Græcâ, Hebraicâ, extantium, & non extantium, veterum & recentiorum, doctorum & indoctorum, excusorum & in Bibliothecis latentium. Tiguri apud Christophorum Froschouerum in folio, anno 1545.

Eandem in Epitomen redactam & locupletatam Vide in *Antonio Verderio, Conrado Lycosthene, Ioanne Iacobo Frisio, & Iosia Simlero.*

Eiusdem *Conradi Gesneri* Pandectarum siue Partionum vniuersalium libri xix. in quibus auctorum nomina secundùm artium & scientiarum genera per certas classes & locos communes enumerantur. Deest liber xx. de re Medicâ Sed sequitur liber xxi. de Theologiâ Christiana seorsim cusus apud eundem Typographum Tigurinum Christophorum Froschouerum, in folio, annis 1548. & 1549.

Extat quoque *Gesneri* epistola de libris à se editis cum eius vitâ per Iosiam Simlerum Tiguri in 4. anno 1566. De iisdem fusè agit idem Simlerus in compendio Bibliothecæ.

Conradus Lycosthenes, Rubeaquensis, Conradi Gesneri magnum ac multis laboribus congestum Bibliothecæ opus, in breue compendium contraxit in eorum gratiam, qui breuitate gaudent, atque ob æris penuriam ab emptione magni operis deterrentur, inquit Simlerus, qui nec formam, nec locum, aut Typographum, tempúsque editionis annotauit.

Catalogus librorum *vrbis Constantinopolitanæ* editus est in 4. Argentorati anno 578. apud Nicolaum VVinot. Eadem Bibliotheca siue Antiquitates extant cum Supplemento Verderii.

Cornelij Curtij, virorum illustrium ex ordine Eremitarum S. Augustini Elogia, cum iconibus. Antuerpiæ in 4. 1636.

Cornelij Loosæi Callidi, seu Callidij, Catalogus illustrium Germaniæ Scriptorum: quo doctrina simul & pietate illustrium vitæ & opera celebrantur. Quorum item potissimum ope litterarum studia Germaniæ ab anno 1500. vsque ad 1581. sunt restituta & fidei dogmata à sectariorum nouitatibus vindicata, Mogūtię apud Gas-

KKKkk

parum Beheu m, anno 1582. in 8.

Cornelij Scultingij, Bibliotheca Catholica contra Ioannem Caluinum & Petrum Martyrem, & Bibliotheca eiusdem Ecclesiastica, siue expositio Missalis & Breuiarij, ad institutum nostrum vix pertinent, quemadmodum neque Bibliotheca Concionum *Georgij Bartholomaei*, & similia opera: Quia tamen eorum ab aliis video mentionē fieri, non fuerunt ab hac coronide penitus ablegāda.

F. Danielis Malonij, Hieronymitæ, Scholastica Bibliotheca in secundum librum Sententiarum. Venetiis in 4. anno 1616. apud Florauantem Pratum.

Dauidis Hæschelij. Vide supra Augustanam Bibliothecam.

Diodori Siculi, Bibliothecæ Historicæ libri, qui extant, omnes, vna cum eclogis, seu fragmentis eorum, qui non extant, Græcè cum Latinâ interpretatione Laurentij Rhodomani: accessit & Chronologia duplex Archontum Atticorum & Magistratuum Romanorum: præterea Notæ eiusdem Rhodomani, Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleig in folio & Hanoniæ typis Vechelianis, anno 1604. Cæteræ eiusdem nobilissimi Scriptoris editiones commodiori loco recensebuntur.

Dionysij Harduini, Gandensis de Scriptoribus Flandriæ liber MSſ. extabat in Bibliotheca Equitis Emanuelis Sueyro.

Doni Florentini, Bibliotheca Italica, seu Catologus, in quo numerantur omnes Scriptores Italici, & eorum libri, ac materiæ, & versiones de Græcâ vel Latinâ linguâ in Italicam. Venetiis anno 1556. in 16.

Eleonori d'Estampes-Valancay, Episcopi Carnotensis, tum Remensis Archiepiscopi, Bibliothecæ Catalogus excusus est Parisiis in 4. anno 1651. Ibidem quoque eadémque forma editus est Catalogus librorum *Francisci Florentis* I. V. D. ac Canonum Professoris in Academiâ Parisiensi.

Eunapii Sardiani de vitis Philosophorum liber Græcè & Latinè editus apud Hieronymum Commelinum, anno 1596. in 8. vix ad nostrum institutum spectat, vt neque *Diogenis Laertij* libri de vitis Philosophorum, *Plutarchi Chæronensis* vitæ comparatæ, *Cornelij Nepotis* seu *Æmilij Probi* libellus de Viris Illustribus, *C. Suetonij Tranquilli*, *Hesychij illustrij*, *Suidæ*, & aliorum eiusdemmodi Veterum Scriptorum monumenta.

Catalogus librorum qui in *Elzeuiriano Bibliopolio* venales extant. Lugduni Batauorum ex officina Elzeuiriana in 4. annis 1634. & 1644.

Erycij Puteani Bibliotheca, siue omnium operum, quæ scripsit

hactenus, edidit, designauit, Catalogus. Louanij apud Henricum Hastenium 1622. in 8.

Fabiani Iustiniani, Genuensis, Congregationis Oratorij Presbyteri; Index Vniuersalis Alphabeticus materias in omni facultate consultò pertractatas, earumque scriptores & locos designans, Appendice perampla locupletatus. Elenchus item Auctorum, qui in Sacra Biblia, vel vniuerse, vel singulatim, etiam in versiculos datâ operâ scripserunt, iuxta eorumdem Bibliorum ordinem dispositus. Romæ ex Typographia Cameræ Apostolicæ anno 1612. in folio. Eiusdem de sacrâ Scripturâ, eiúsque vsu ac Interpretibus commentarius in quo non solum, &c. Romæ apud Guill. Faciottum 1614. in 8. & Parisiis apud Sonnium.

Elenchus librorum siue typis siue impensis Sacræ Congregationis de Fide propaganda impressorum, qui modò in eiusdem Sacræ Congregationis Typographio reperiuntur. Io. Dominico Verusio Beneuentano Superintendente. Romæ in 4. 1639.

Fortunij Licheti, Genuensis, in Patauino Lyceo Philosophi ordinarij, de propriorum operum Historiâ libri duo. Patauij typis Paulli Frambotti, anno 1634. in 4. Ab eo tempore plurima scripsit, scribitque etiamnum opera. Ex quibus nonnulla recenset *Ioannes Antonides Vander-Lynden* Medicus Batauus libro primo de scriptis Medicis

Francisci Augustini, Theatrum Mulierum litteratarum Italicè in 8. anno 1620. Mondoni apud Ioannem Gislandum.

Francisci Calceolarij, Museum à Benedicto Ceruto Medico inceptum, & ab Andrea Chiocco perfectum, & in sex partes diuisum: Veronæ 1622. in folio cum figuris.

Francisci Crucimanij, seu *à Cruce Cenomanensi*, Bibliotheca Scriptorum, qui vernaculo Francorum idiomate aliquid memoriæ posterorum mandasse noscuntur, prodiit Parisiis in folio, anno 1584. apud Abelum l'Angelier.

Francisci Gonzagæ de origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ eiúsque progressibus & propagatione fol. Romæ, 1587.

Francisci Lanouij Chronicon Generale Ordinis Minimorum, in quo recensentnr illustres ex eo ordine Scriptores Parisiis in fol. apud Sebastianum Cramoisy 1635.

* *Francisci Mariæ Turrigij* Romani de Eminentissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scriptoribus Cardinalibus in 4. Romæ apud Stephanum Paolinium, anno 1641.

Francisci Suuertij, Antuerpiani, Athenæ Belgicæ, siue Nomenclator Inferioris Germaniæ Scriptorum, qui disciplinas Philolo-

gicas, Philosophicas, Theologicas, Iuridicas, Medicas, & Musicas, illustrarunt. Antuerpiæ apud Guillelmum à Tungris in folio, anno 1628. Sub finem habentur Catalogi MSS. librorum Collegii Louaniensis, ac Domus Professæ Antuerpiensis Societatis IESV, & eorum qui tum erant apud P. Andream Schottum eiusdem Societatis Scriptorem doctissimum.

Collectio in vnum corpus omnium librorum Hebræorum, Græcorum, Latinorum, necnon Germanicè, Italicè, Gallicè & Hispanicè scriptorum, qui in *Nundinis Francofordensibus* ab anno 1564. vsque ad Nundinas Autumnales 1592. venales extiterunt. Francofurti anno 1592. in 4. apud Nicolaum Bassæum.

Gabrielis Lurbei I. C. de Illustribus Aquitaniæ viris à Constantino Magno vsque ad nostra tempora. Burdigalæ in 8. apud Simonem Millangium, 1591.

Gabrielis Naudæi, Parisini, Tractatus Gallicus de instruenda Bibliotheca, Parisiis in 8. anno 1627. apud Franciscum Targa. Idem recusus est in 8. anno 1644. apud Robertum le Duc cum Auctario R. P. Ludouici Iacob à sancto Carolo, Carmelitæ.

Eiusdem Bibliographia Politica, in quâ plerique omnes ad Ciuilem prudentiam Scriptores, quà recensentur, quà diiudicantur. Venetiis apud Franciscum Baba in 12. anno 1633. Eadem anno 1640. prodiit VVittenbergæ cum accessorio non dissimilis argumenti è Museo Augusti Buchneri, in 16. Eadem Lugduni Batauorum apud Ioannem Maire, anno 1642. in 32. cum epistolâ Hugonis Grotii de studio Politico. Quartâ demum editione Amstelodami, apud Ludouicum Elzeuirium anno 1645. in 12. vna cum eiusdem Syntagmate de studio liberali, & Hugonis Grotij, aliorúmque dissertationibus de studiis instituendis.

Eiusdem *Gabrielis Naudæi* extat instauratio Tabularij Maioris Templi Reatini facta iussu Eminentissimi Francisci Cardinalis à Balneo. Romæ, in 4. anno 1640. apud Ludouicum Grignanum.

Eiusdem Bibliotheca Kempensis, siue eorum, qui dissertationibus aut libris editis Thomæ Kempensis causam aduersus Gersenistas tuendam susceperunt, in 8. Parisiis apud Sebastianum Cramoisy.

Gabrielis Prateoli Marcossij de vitis, sectis, & dogmatibus omnium Hæreticorum, qui ab orbe condito ad nostra vsque tempora & veterum & recentium auctorum monumentis proditi sunt, Elenchus Alphabeticus, cum eorumdem Hæreticorum origine, institutis, & temporibus, quibus suis præstigiis mundo imposuerunt

Coloniæ apud Cetuinum Calenium, in folio anno 1569. & in 4. ibidem apud Arn. Quintel 1605.

Gennadij Massiliensis Presbyteri liber de Viris Illustribus qui Ecclesiam scriptis suis ornauerunt, sæpe cum Hieronymi eiusdem argumenti libro editus est operâ Suffridi Petri, Auberti Miræi & aliorum. Hic verò centum duntaxat capitulis constat in postremis editionibus. Idem excusus quoque fuit Helmenstadij 1614. in 4. & Basileæ in 4. cum Epiphanio de Vitis Prophetarum.

Gasparis Conradi Prosopographiæ Melicæ Millenarij duo, siue Virorum Illustrium vita distichis singulis designata. Francofurti anno 1615. in 8.

Gaspar Scioppius in Consultatione de scholarum & studiorum ratione edita Patauij apud Paulum Frambortum in 12. anno 1636. Auctores linguæ Latinæ, pluresque Scriptores, præsertim Grammaticos, recenset.

Gasparis Volphij Catalogus virorum Illustrium, qui de ponderibus ac mensuris scripserunt. Tiguri apud Froschouerum 1584. in 8. cum Dominico Massario de Ponderibus.

Catalogus librorum, quos *Georgius Douza* Constantinopoli secum aduexit, cum epistola Meletij Patriarchæ Alexandrini. Hagæ Comitis in Hollandia, anno 1598. in 4.

Georgij Bartholomæi, Pontani, Bibliotheca Concionum è celebrioribus nouis & antiquis Auctoribus & Postillatoribus, variis item meditationibus & lectionibus congesta, &c. Coloniæ Agrippinæ apud Hieratum, anno 1608. in folio.

Georgij Draudij, Ottenbergensis, Pastoris Lutherani Hæretici, Bibliotheca Classica, siue Catalogus Officinalis, in quo singuli singularum facultatum libri, qui in quauis ferè lingua extant, quique intra hominum ferè memoriam in publicum prodierunt; ordine Alphabetico recensentur: non tam plurimorum librorum, qui in priori editione anni 1611. in 4. Francofurti apud N. N. omissi fuerunt, quàm illorum etiam qui ab anno illo 1611. vsque ad 1625. prodierunt. Francofurti duobus Tomis in 4. anno 1625. apud Petrum Kopfium.

Gerardi Mosani. Vide Laurentij Cumelij.

Gerardi Ioannis Vossij de Historicis Græcis libri quatuor; editio altera priori (anni 1624.) emendatior & multis partibus auctior. Lugduni Batauorum ex officina Ioannis Maire, anno 1651. in 4.

Eiusdem *Gerardi Io. Vossij*, de historicis Latinis libri tres: editio altera priori (quæ annum natalem habuit labentis sæculi vigesimum septimum) emendatior, & duplo auctior. Lugduni Bata-

uorum ex eadem officina & eodem anno in 4.

Idem vir magnus, & diffusæ eruditionis, edidit Amstelodami, anno 1650. in 4. ex Typographia Ioannis Blaeu librum insignem de quatuor Artibus popularibus, de Philologiâ, & scientiis Mathematicis, cui subiungitur Mathematicorum Chronologia in tres libros diuisa.

Librorum *Gilberti Genebrardi*, Benedictini, Theologi, Parisiensis, Catalogus. Parisiis apud Sebastianum Niuellium 1591. in 8.

Guidi Panziroli, Regiensis I. V. C. de Claris legum Interpretibus libri quatuor. Venetiis in 4. anno 1637, apud Marcum Antonium Brogiolium.

Guillelmus Duuallius, Pontisaranus, Doctor Medicus & Professor Regius, auctor Nouę Synopseos Doctrinæ Peripateticæ, ad calcem operum omnium Aristotelis editionis Lutetianæ anni 1619. excudendum curauit *Paschalis Galli Pictonis* Indicem, quem collatâ quoque symbolâ auxit recentiorum, qui in Aristotelis opera scripsere, vel qui Philosophicas tractationes edidere, appositis nominibus. Idem *Regiorum Professorum* Catalogum atque Elogia contexuit Gallico idiomate.

Guillelmi Gazeti, Bibliotheca Theologorum aliorúmque Scriptorum Belgij, Gallicè in 8. Atrebati 1620. apud Guillelmum de Fluuio.

Catalogus librorum qui reperiuntur Lugduni in ædibus hæredum *Guillelmi Rouillij*. Lugduni anno 1604. in 12.

Henningi Grosij, Elenchus, siue Index generalis, in quo continentur libri omnes, qui post annum 1593. vsque ad annum 1600. in sancto Romano Imperio & vicinis regionibus noui aucti-ve prodierunt, Lipsiæ 1600. in 4.

Henrici Canisij, Nouiomagensis I. V. D. & in Academiâ Ingolstadiensi Professoris ordinarij, extant Antiquæ Lectionis Tomi sex Ingostadij editi in 4. in Typographia Ederianâ apud Andream Angermarium, annis 1601. 1602. 1603. 1604. in quibus quamplurimorum Auctorum opuscula ex tenebris primus eruit & in eruditorum manus, oculósque transmisit. Eorum omnium Catalogum edidimus in Primo Supplemento Speciminis nostrarum Antiquarum Lectionum supra pag. 152. & sequentibus.

Catalogus librorum *Bibliothecæ Medicææ*, quæ *Florentiæ* asseruatur in cœnobio D. Laurentii editus est ab *Henrico Ernstio*, Amstelodami in 8. anno 1641. apud Ioan. Ianssonium. Videndus quoque Posseuinus noster in auctario Apparatus Sacri, qui etiam de altera, quæ *Florentiæ apud S. Marcum* seruatur, *Medicæorum Principum Bi-*

bliotheca mentionem facit pag. 40.

Henrici de Gandauo, Archidiaconi Tornacensis, liber de Viris Illustribus, seu præcipuis Ecclesiæ Scriptoribus, qui post Sigeberti ætatem ad sua vsque tempora floruerunt, omissus à Ioanna Simlero, aut eius continuatore Ioanne Iacobo Frisio, editus fuit operâ Suffridi Petri Leouardiensis Frisij, Coloniæ in 8. apud Maternum Cholinum, anno 1580. cum eiusdem argumenti tractatibus, *D. Hieronymi Stridoniensis Presbyteri, Gennadij Massiliensis Presbyteri, Isidori Hispalensis Episcopi, Honorij Augustodunensis Presbyteri, & Sigeberti Gemblacensis Monachi.* Idem quoque apparet in Bibliothecâ Ecclesiasticâ Auberti Miræi, de quâ suo loco dictum est supra.

Henrici Kitshij συναγωγία χαμαιπορῶν, siue Tabella exactissima titulorum Bibliothecæ Anhaldinæ. Seruestæ 1609. forma patente. Eiusdem discursus de Bibliotheca instituenda, eâque in singulos annos locupletanda secundùm vitæ tria genera, Theosophum, Politicum, & Oeconomicum. Ibidem 1609.

Henrici Oræi, Assenheimensis, Nomenclator præcipuorum Doctorum Scriptorum, &c. Hanouiæ apud Aubrios, 1619. in 12.

Catalogus librorum, qui ex officina Typographica *Henricpetrianâ* ad publicum prodierunt, continuatus vsque ad annum 1628. Basileæ. in 4.

Henrici Rantzouij, Catalogus Imperatorum, Regum, ac Principum, qui artem Astrologicam amarunt, ornarunt, & exercuerunt. Lipsiæ in 8. 1581.

Henrici Stephani, Francofordiense emporium, siue nundinatio Francofortensis, quæ varias Musarum merces partim soluta oratione, partim carmine exhibet. apud Auctorem in 8. 1574.

Item Index librorum qui ex officinâ eiusdem *H. Stephani* prodierunt anno 1569. in 8. cum Henrici Stephani Epistola de suæ Typographiæ statu, nominatimque de suo Thesauro Linguæ Græcæ.

Henrici Willoti, Ordinis Minorum, Leodiensis, Athenæ, siue liber de Scriptoribus Ordinis Franciscani, qui vel selecta eruditione, vel floridiore eloquentia, vel editis Scriptis SS. Dei Sponsæ Romanæ operam nauarunt. Leodij, apud Arnoldum à Comsuuaremia, anno 1598.

Hieronymi Ghilini, Theatrum Hominum litteratorum Italicè, Venetiis apud Guerillos in 4. 1647. & Mediolani in 8.

Hieronymi Mercurialis censura & dispositio operum Hippocratis denuò edita locupletior atque emendatior. Francofurti apud

Hæredes Andreæ VVecheli 1585. in 8.

S. *Hieronymus* Stridoniensis, Presbyter, & Ecclesiæ Doctor celeberrimus, ad Dextrum scripsit librum de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, qui à Passione Christi vsque ad decimum quartum Theodosii Imperatoris annum, vt ipse in proœmio fatetur, de Scripturis Sanctis memoriæ aliquid prodiderunt. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos *Hermippus Peripateticus*, *Antigonus Carystius*, *Satyrus doctus vir*, *& longè omnium doctissimus Aristoxenus Musicus*. Apud Latinos autem *Varro*, *Santra*, *Nepos*, *Hyginus*, & ad cuius nos exemplum uis prouocare, *Tranquillus*, &c. Quamquam & *Eusebius Pamphili* in decem Ecclesiasticæ historiæ libris maximo nobis adiumento fuerit, &c. Itaque Dominum IESVM CHRISTVM precor, vt quod *Cicero* tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ stetit, non est facere dedignatus in *Bruto*, Oratorum Latinæ linguæ texens Catalogum, id ego in Ecclesiæ eius Scriptoribus enumerandis dignè cohortatione tuâ impleam, &c. Discant igitur Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduersus Christum canes, discant eorum sectatores, qui putant Ecclesiam nullos Philosophos & Eloquentes, nullos habuisse Doctores, quanti & quales viri eam fundauerint, extruxerint, ornauerint, &c. Sæpius excusus fuit liber hic cum aliis sanctissimi illius Doctoris operibus ac *Sophronij* Græcâ versione, de quâ suo loco dicendum erit; seorsim verò absque illâ, tum operâ & studio Sufridi Petri Coloniæ in 8. anno 1580. apud Maternum Cholinum vna cum *Gennadij*, *Isidori*, *Honorij*, *Sigeberti*, atque *Henrici Gandauensis* auctariis de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, tum in Bibliothecâ Ecclesiasticâ *Auberti Miræi Bruxellensis*, editâ Antuerpiæ, anno 1639. in folio. Adde & Erasmicam editionem cum scholiis in 4. anno 1529. Basileæ cum Epiphanio de viris Prophetarum, &c.

De Bibliothecis, libris, variisque vetustæ magnificentiæ exemplis disserit *Hieronymus Cardanus*, capite 98. libri 17. de Rerum varietate. Idem quoque commentarium edidit de libris propriis.

Hieronymi Commelini Typographiæ Catalogus editus est.

Hieronymi Ziegleri Rotenburgij commentaria ad Plinij libellum de Viris Illustribus excusa Augustæ Vindelicorum à Valentino Otmato anno 1541. huc minimè pertinent. De Viris Illustribus Germaniæ scripsisse quidem illum refert Antonius Posseuinus, sed editionis locum non designat.

Hildefonsus. Vide infra Isidorus & Ildefonsus.

Honorij

Honorij Augustodunensis Ecclesiæ Presbyteri & Scholastici, qui circiter annum Christi 1120. florebat, liber de Luminaribus Ecclesiæ, siue de præcipuis Scriptoribus, qui Ecclesiam suis operibus illustrarũt, ex D. Hieronymo, aliisque in compendium contractus editus est in 8. Basileæ anno 1544. apud hæredes Cratandri; tum Coloniæ anno 1580. in 8. apud Maternum Cholinum in collectione Suffridi Petri, ac denique Antuerpiæ, in folio, in Auberti Miræi Bibliotheca Ecclesiastica, vt nihil dicam de Bibliothecis SS. Patrum.

Iacobi Alberici, Sarnicensis, Bergomatis, Ordinis Eremitarum S. Augustini Catalogus breuis Illustrium & famosorum Scriptorum Venetorum. Bononiæ 1605. apud Hæredes Ioannis Rossi in 4.

Iacobi Gaddij, Academici Suogliati, Critico-Historicum opus, siue de Scriptoribus non Ecclesiasticis, Græcis, Latinis, Italicis, primorum graduum, in quinque Theatris, scilicet Philosophico, Poëtico, Historico, Oratorio, Critico. Florentiæ apud Arnaldum Massam, in folio, anno 1648.

Codicum Cabalisticorum Manuscriptorum, quibus est vsus *Ioannes Picus*, Comes Mirandulanus, Index, à *Iacobo Gaffarello* D. Amelij perpetuo Commendatore exaratus. Parisiis in 8. ex Typographia Viduæ H. Blageart, anno 1651.

Iacobi Gauterij, Annonæensis, è Soc. Iesv, Tabulæ Chronologicæ à Christo ad nostra tempora deductæ, in quibus suo quique ordine collocati visuntur Sacri profanique Scriptores, Ecclesiæ defensores eiusdémque impugnatores hæretici, Gallicè primùm, tum etiam eodem interprete Latinè, sæpius Lugduni editæ sunt in folio ab anno 1609.

Catalogus variorum librorum quos ex Oriente aduexit, & in publica Leydensi Bibliotheca deposuit *Iacobus Golius*. Parisiis apud Antonium Vitray in 4. anno 1630. Vide supra pag. 260.

Item Catalogus librorum MS. Arabicorum, quos ex Oriente aduexit *Iacobus Golius* cum genuinis Arabicis eorum titulis in 4.

Catalogus librorum, quos *Iacobus Gretserus*, Societatis Iesv Theologus, euulgauit, vsque annum 1612. Ingolstadij apud Andream Angermarium in 4.

Iacobi Philippi Opicelli, Sacræ Theologiæ Doctoris, Ciuis Mediolanensis, Monumenta Bibliothecæ Ambrosianæ. Mediolani in 8. anno 1618. apud Io. Iac. Comum.

Iacobi Philippi Tomasini S. Theologiæ Doctoris, Bibliothecæ Patauinæ Manuscriptæ Publicæ & Priuatæ quibus diuersi Scripto-

res hactenus incogniti recensentur ac illustrantur. Vtini apud Nicolaum Schirottum in 4. anno 1630.

Eiusdem *Iac. Phil. Tomasini Aemoniensis in Istria Episcopi.* extat & aliud opus de Bibliothecis Venetis, quod vidisse me fateor, sed locum tempúsque editionis non memini.

Eodem quoque referri possunt eiusdem Illustrium virorum elogia cum Iconibus. Patauij anno 1640. in 4. & 1644. in 4. in eadem vrbe.

Iacobus de Plebe Scripsisse dicitur de Scriptoribus Ordinis Seruorum ab erudito viro, qui tamen sui postea non bene memor. hæc habet: Iacobus de Plebe Ordinis Seruorum. Scripsit Catalogum Illustrium Scriptorum Ordinis Carmelitarum.

Iacobi Simondi, Ricomagensis Aruerni, è Soc. IESV, operum Catalogus prodiit post eius Elogium ante aliquot menses publicatum, Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy in 4. Extat quoque ad calcem secundæ editionis omnium operum C. Sollij Apollinaris Sidonij, quàm iuxta castigatum ab eodem Summo Viro aliquot ante obitum annis exemplar typis Cramosianis hoc anno 1652. in lucem emisimus in 4.

Iacobi Tirini, Belgæ, Soc. IESV Theologi, extant eruditissima in vniuersam Sacram Scripturam commentaria tribus Tomis, quibus varias Appendices attexuit, atque in iis Indicem omnium Auctorum, quos citauit, adnotato tempore & loco quo quisque vixit, & scriptis & officiis quibus claruit. Antuerpiæ in folio apud Martinum Nutium, anno 1632. tum ibidem duobus tantùm voluminibus, & in Bibliis Parisiensibus, quæ Magna vocantur, quinque Tomis.

Iacobi VVaræi, Equitis Aurati, de Scriptoribus Hiberniæ libri duo. Prior continet Scriptores in Hiberniâ natos. Posterior, Scriptores alios, qui in Hibernia munera obierunt. *Dublinij*, anno 1639.

Iacobi Zannachij, Bibliotheca Theologica, siue Catalogus tam auctorum, qui in Sacros Biblicos libros Veteris & Noui Testamenti vsque ad annum 1591. scripserunt, quàm materiarum, quarum auctores non extant. Mulhusij 1591. in 4. Eiusdem Elenchus Alphabeticus auctorum, qui in libros Biblicos vsque ad annum 1606. commentati sunt. Seruestæ 1606. in 4.

Bibliotheca *Ianiniana sancti Benigni Diuionensis* in 4. 1621.

Iani Gruteri Thesaurus Criticus, in cuius Tomis VI. in 8. Francofurti ab anno 1602. ad 1606. editis quamplurima continentur opuscula Critica doctissimorum Virorum, qui Superiori sæculo

collapsam rem litterariam studio suo ac vigiliis erexerunt.

Iani Iacobi Boissardi Illustrium Virorum effigies, vitæ, atque elogia. Francofurti sumptibus Guillelmi Fitzeri, anno 1628. & seqq. quatuor Tomis.

Iani Nicij Erithræi, Pinacotheca imaginum illustrium doctrinæ vel ingenij laude virorum. Coloniæ Agrippinæ apud Cornelium ab Egmond. 1643. Altera Pinacotheca in eadem vrbe apud Iodocum Kalcouium 1645. Tertia ibidem in 8. &c.

Catalogus librorum Bibliothecæ *Iani Rutgersij*, Dordraceni, Suecorum Regi à consiliis, &c. Lugduni Batauorum in 4. anno 1630. ex officina Elseuiriana.

S. Ildefonsi. V. Sancti Isidori.

Indices Expurgatorij, vt vocant, siue Censuræ atque expurgationes iussu Magistrorum sacri Palatii in varios auctores, &c. Extant quoque præter *Indicem librorum prohibitorum Concilij Tridentini, & Romanos*, plures Hispanici, Neapolitani, aliique variis locis excusi, ex quibus omnes Catholici discent, qui, à quibus, & qua de re scripti sint libri hæretica labe infecti, aut erroribus à fide alienis respersi, quid expurgandum sit, quid mutandum, quid rescindendum, aut obelo maiori-ve censura configendum.

Ioannis Antonidæ Vander-Linden, de scriptis Medicis libri duo editi sunt primùm anno 1637. in 8. Amstelodami, apud Blaeu, tum eadem forma, anno 1651. in eadem vrbe, apud eundem Ioannem Blaeu.

Ioannis Antonij Bumaldi C. B. C. & Equitis, Mineruàlia Bononiensia Ciuium Anademata, seu Bibliotheca Bononiensis, cui accessit antiquorum Pictorum & Sculptorum Bononiensium breuis Catalogus.

Catalogus librorum qui venales prostant Lugduni in officina *Ioannis Antonij Huguetan* anno 1637. in 4. apud eundem Bibliopolam.

Ioannis Balæi, Sudouolgij, Angli, pestilentissimi Hæretici, Catalogus Scriptorum illustrium Maioris Britanniæ, ex variis auctoribus collectus, & nouem Centurias continens. Basileæ in folio apud Ioannem Oporinum, anno 1557.

Ioannis Baptistæ Lauri, Perusini, Orchestra Theatri Romani, seu Dialogus de Viris sui æui doctrina illustribus Romæ 1618. In eadem vrbe typis Andreæ Phæi 1625. in 8.

Index librorum omnium Iuris tam Pontificii quàm Cæsarei per *Ioannem Baptistam Ziletum*, Venetum, cui vltra alias editiones nouissimè multa addita sunt consilia, tractatus, praxes, decisio-

nes, summæ, lecturæ, singularia, disputationes, allegationes, vota, & alia opuscula ad Iurisprudentiam pertinentia. Sequitur Index Legum omnium, quæ in Pandectis continentur, iuxta seriem Iurisconsultorum, cum ipsius indicis vsu per *Iacobum Labittum.* Venetiis, anno 1566. in 4. tertia editione ex officina Iordani Ziletti. Huic adde Catalogos siue Indices duos Auctorum & tractatuum vniuersi Iuris duce & auspice Gregorio XIII. in vnum congestorum, octodecim materias, viginti quinque volumina comprehendentium. Venetiis apud Ziletum anno 1584. in 12.

Ioannis Baptistæ Ziletti, Ioannis Fichardi, Ioannis Neuizani, Ludouici Gomesij, Elenchus omnium Auctorum, siue Scriptorum in Iure auctus à *Ioanne VVolgango Freimonio.* Francoforti 1579. in 4. Basileæ apud Oporinum cum Rutilio.

Ioannis Bertrandi, Præsidis Tolosani Βιογραφικῶν, siue de Iurisperitis libri duo. Tolosæ apud Raymundum Colomerium in 4. 1617.

Catalogus omnium Auctorum qui in Iure tam Ciuili, quàm Canonico, illustrando, & commentando claruerunt in 4. Francoforti, anno 1585.

Ioannis Buschij, Canonici Regularis Ord. S. Augustini MSS. extat Catalogus Virorum Illustrium Ordinis sui, qui nondum luce publicâ fruitur.

Ioannis à Bosco, è Cælestinorum ordine, Floriacensis Bibliotheca sancta, Apostolica, Pontificia, Cæsarea, Regia, Franco-Gallica, &c. vsui antiquariorum exposita. Lugduni in 8. apud Horatium Cardonum, anno 1605.

Ioannis Buxtorfij, Bibliotheca Rabbinica ordine Alphabetico disposita. Basileæ apud VValdkirch 8. 1613. editio secunda Basileę anno 1640. impensis Ludouici Regis.

Ioannis Castelli Catalogus officinæ Goltzianæ Antuerpiæ apud Plantinum.

Ioannis Clessij, vnius sæculi, eiúsque virorum litteratorum monumentis tum florentissimi, tum fertilissimi ab anno 1500. ad 1602. Nundinarum Autumnalium inclusiuè Elenchus consummatissimus, in quo omnium facultatum linguarúmque, vbi vis extant, libri consignantur, Promptuarium referrissimum & Doctis maximè necessarium. Tomi duo Francofurti 1603. in 4. apud Kopffium.

Catalogus breuis eorum quæ contra nouas sectas scripsit *Ioannes Cochlæus* in 8. anno 1548. per Franciscum Behem apud S. Victorem prope Moguntiam Typographum.

Ioannis Cordesij, Canonici Lemouicensis, Bibliothecæ Catalogus. Parisiis in 4. anno 1643. apud Antonium Vitray.

Ioannis

Ioannis Cræselij Elogia Heroum & Litteratorum Ingolstadij, in 8. anno 1584.

Ioannis Fichardi Francofurtensis perioche vitarum recentiorum Iureconsultorum, ab Irnerio vsque ad Huldrichum Zasium, hoc est, qui post annum 1190. claruerunt. item Indices duo omnium Scriptorum, tam in iure Pontificio, quàm in Cæsareo, à veteribus & recentioribus Iurisconsultis editorum per *Ioannem Neuizanum, Ludouicum Gomezium, & Ioannem Fichardum* collecti. Basileæ apud Ioannem Oporinum, vna cum veterum Iurisconsultorum vitis per *Bernardinum Rutilium* descriptis, &c. Vide & supra verbo, Ioannes Baptista Ziletus.

Ioannis Garsonij Bononiensis liber de Scriptoribus Ordinis Dominicani memoratur à Posseuino in Apparatu, sed mihi videre non contigit.

Ioannis Georgij Schenckij, Biblia Iattica, siue Bibliotheca Medica macta, continuata, consummata. Francofurti apud Antonium Hummium in 8. anno 1609. Einsdem extat Enchiridion de formandis Medicinæ studiis, & schola Medica instituenda. Basileæ apud Kœnigium in 8. anno 1607.

Catalogus librorum in officina *Ioannis Ianssonij* Amstelodami in 4. anno 1640.

Ioannis Iacobi Frisij, Tigurini, Bibliotheca Classicorum Auctorum Chronologica. In qua veterum Philosophorum origo, successio, ætas, & doctrina compendiosa, ab origine mundi vsque ad nostram ætatem proponitur. Quibus accessit Patrum, Ecclesiæ Christi Doctorum à temporibus Apostolorum vsque ad tempora Scholasticorum ad annum vsque Domini 1140. secundùm eandem temporis seriem enumeratio. Tiguri anno 1592. in 4. apud Ioannem VVolphium. Idem ad tertiam editionem Epitomes Bibliothecæ Conradi Gesneri à Iosiâ Simlero elaboratæ, & impressæ Tiguri anno 1583. in folio apud Christophorum Foschouerum, addidit aliquot mille, cùm priorum tum nouorum Auctorum opuscula, partim ex instructissima Viennensi Austriæ Imperatoria Bibliothecâ, partim ex Indicibus Francofortensium Nundinarum.

Idem *Ioannes Iacobus Frisius* ex Epitome Simlerianâ Nomenclatorem Scriptorum omnis generis confecit secundùm artium genera in certos titulos digestum. Est autem hic Nomenclator, vt ipsemet prædicat, Bibliothecæ pars altera Methodica complectens omnis generis Scriptorum libros 21. in quibus auctorum opera secundùm artes & disciplinas earúmque titulos & locos

communes disponuntur, nomina verò operibus præfixa ordine Alphabetico recensentur.

Ioannis Imperialis Museum Historicum & Physicum, siue Elogia Virorum literis Illustrium cum iconibus. Venetiis, apud Iunctas 1640. in 4.

Ioannis Iudicis Vitæ Poëtarum Prouincialium Italicè. Lugduni, in 8. anno 1575.

Ioannis le Page Doctoris Parisiensis Bibliotheca Præmonstratensis Ordinis. Parisiis, anno 1633. Consule præterea Chronicon Præmonstratense *Aub. Miræi* in 8. Coloniæ 1613 apud Gualrerum.

Catalogus librorum, qui ex officina *Ioannis Lodoici Tiletani* prodierunt. Parisiis 1546. in 8.

Ioannis Matthæi Toscani, Peplus Italiæ. Lutetiæ, in 8. ex officina Federici Morelli, anno 1578.

Ioannis Meursij, Athenæ Batauæ, siue de Vrbe Leydensi & Academiâ, Virisque claris, qui vtramque ingenio suo atque scriptis illustrarunt, libri duo. Lugduni Batauorum, anno 1625. in 4. apud Andream Cloucquium & Elzeuirios.

Idem de Philostratis dissertatiunculam edidit cum Philostrati Lemnij Sophistæ quibusdam Epistolis. Lugduni Batauorum ex officina Ludouici Elzeuirii anno 1616. in 4 Ibidem quoque eodémque anno notis in Aristoxenum, Nicomachum, & Alypium Musices antiquissimos auctóres, præmisit Prolegomenon de Scriptoribus Musicis antiquis & in notis ad Aristoxeni librum secundum viginti recenset, quibus olim Pythagoræ nomen inditum fuit. Agit quoque de Aristoxenis, Nicomachis, Alypiis sigillatim, necnon de Ptolemæis, aliisque passim, quos in eruditissimis commentariis ab eo in plures Auctores editis, commemorat.

Ioannis Michaëlis Pij, Bononiensis, vitæ virorum illustrium Ordinis S. Dominici, Italicè. Bononiæ, in folio, anno 1620.

Ioannis Molani, Doctoris Theologi Louaniensis, Bibliotheca materiarum, quæ à quibus auctoribus, cùm antiquis, tum recentioribus, sint pertractatæ. Accedunt Catalogi duo. I. Catholicorum Sacræ Scripturæ Interpretum Biblicorum librorum ordine. II. Scholasticorum Theologorum in Diui Thomæ Aquinatis summam. Coloniæ Agrippinæ apud Ioannem Kinchium sub Monocerote in 4. anno 1618.

Ioannes Neuizanus scripsit Indicem Scriptorum in vtroque Iure, quem auxit *Ludouicus Gomesius*, & postremò *Ioannes Fiscardus*, vt supra iam monuimus.

Ioannis Nicolai Paschalis, Alidosi, de Doctoribus Bononiensi-

bus in Theologiâ, Philosophiâ, Medicinâ, & Artibus liberalibus, ab anno millesimo ad 1623.

Ioannis de Nigra valle de Scriptoribus Ordinis Canonicorum Regularium, vt quidem audio.

Ioannis Norttuegi, Nomenclator variorum Auctorum in Promptuario Grammatico citatorum, nomina & scripta, aliáque complura scitu digna. Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleig in 8. anno 1621.

Ioannis Nostradami, de Vitis Poëtarum Prouincialium, siue Galliæ Narbonensis, liber Gallicè. Lugduni in 8. apud Alexandrum Marsilij.

Exuuiæ *Ioannis Herbst*, qui se *Oporinum* Græcè nuncupauit, Typographi Basileensis, hoc est Bibliotheca librorum impressorum in gratiam eorum, qui comparare volent, digesta & edita in 8. anno 1571.

Michaël Neander in Præfatione ad Erotemata Linguæ Græcæ commemorat *Ioannis Pedionæi*, Rheti, de Claris Oratoribus libros duos, & *Ioannis Matthæi*, Lunensis, opus de claris mulieribus, in quo præter eruditionem non vulgarem etiam non iniucunda rerum varietas esse dicitur.

Ioannis Petri Lotichij, Medici, Bibliothecæ Poëticæ pars prima & secunda in 8. Francofurti sumptibus Lucæ Iennisij, anno 1625. Pars tertia, anno 1626. Pars quarta & vltima, anno 1628. in eadem vrbe in 8.

Ioannis Pitsei, Angli, S. Theologiæ Doctoris, Liuerduni in Lotharingiâ Decani, de Illustribus Angliæ Scriptoribus. Parisiis in 4. anno 1619. apud Rolinum Thierry & Sebastianum Cramoisy.

Ioannis Plantauitij de Pausa, Lodouensis Episcopi, Bibliotheca Rabbinica, complectens omnes fere Rabbinicos, tam in lucem editos, quàm manu solùm scriptos. In folio post Florilegium eiusdem Rabbinicum, Lodouæ typis Arnaldi Colomerij Typographi Regij Tolosani 1644.

Ioannis Trithemij, Abbatis Spanheimensis, Ordinis S. Benedicti; Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum vsque ad annum Domini 1494. ad Ioannem Dalbergium Episc. VVormatiensem, sæpius excusus fuit, tum seorsim, illo anno Moguntiæ apud Petrum Fridberg; tum cum aliis eiusdem operibus Tomo II. Editionis Francofurtensis, anni 1600. Vidi impressum Parisiis in 4. anno 1512. cum multis additionibus Illustrium virorum expensis Ioannis Parui, tum Coloniæ in 4. anno 1531. apud Petrum Quentel, &c. tum anno 1546. NNNnn ij

Eiusdem *Trithemij* Bibliotheca Carmelitana, siue illustrium aliquot Carmelitanæ Religionis Scriptorum & eorum operum Catalogus & de laude Ordinis Carmelitarum. Florentiæ in 4. anno 1593. cum notis Petri Lucij Belgæ Carmelitæ. Memini quoque vidisse me eundem Tractatum Tomo IV. operum *Ioannis Baptistæ Mantuani*, cognomento *Hispanioli*, in 8. Antuerpiæ, apud Bellerum anno 1576.

Extat quoque editus Coloniæ Agrippinæ sumptibus Iodoci Kalcxouen, anno 1643. de ortu & progressu, ac Viris Illustribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo tractatus *Ioannis Trithemij*, Abbatis Spanheimensis, *Auberti Miræi* Bruxellensis, & *Ioannis de Carthagena* Ord. Minorum de Obseruantiâ.

Eiusdem de Viris Illustribus Ordinis sancti Benedicti libri quatuor, impressi sunt Coloniæ, anno 1575. in 4. apud Geruinum Galenium, cum expositionibus *Turrecremate* & *Smaragdi* Abbatis super regulam sancti Benedicti.

Eiusdem de luminaribus Germaniæ liber vnus, siue Catalogus Illustrium Virorum Germaniam suis ingeniis & lucubrationibus omnifariam exornantium ad Iacobum VVimphelongium Slestadium Theologum, cum eiusdem prothesi siue additamento Moguntiæ seorsim, & Tomo I. operum Trithemij, quæ Francofurti prodierunt, anno 1600. duobus tomis in folio.

Ioannis VVolgangi Freimonij. V. Ioannes Bapt. Ziletus. At de eius Symphonia Chronologica Iuris vtriusque consule Simlerum.

Iosephus Blancanus, Bononiensis è Societate IESV, post explanationem locorum Mathematicorum Aristotelis ex vniuersis ipsius operibus collectorum addidit Tractationem de natura Mathematicarum scientiarum atque Clarorum Mathematicorum breuem Chronologiam. Bononiæ 1615. in 4. apud Bartholomæum Clocium.

Iosephi Lenti, Clarorum Asculanorum præclara facinora. Romæ, typis Mascardi 1622. in 8.

Iosephi Pamphili, Episcopi Signini, Chronica Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, in quibus iuxta temporum seriem exponuntur breuiter, qui viri, vel sanctitate, vel doctrina, vel rebus egregiè gestis, in eo ordine illustres fuerint ac sint. Romæ apud Georgium Ferrarium, anno 1581. in 4.

Iosias Simlerus, Tigurinus, Bibliothecam Vniuersalem *Conradi Gesneri* in epitomen commodam redegit, quæ ter edita est Tiguri apud Christophorum Froschouerum in folio. I. anno 1555. II. anno 1574. III. denique anno 1583. hoc titulo: Bibliotheca insti-

tuta

tuta & collecta, primùm à *Conrado Gesnero*; deinde in Epitomen redacta & nouorum librorum accessione locupletata, tertiò recognita, & in duplum post priores editiones aucta per *Iosiam Simlerum*, iam verò postremò aliquot mille, cùm priorum, tum nouorum auctorum opusculis ex instructissima Viennensi Austriæ Imperatoriâ Bibliothecâ amplificata per Ioannem *Iacobum Frisium*, Tigurinum.

Israëlis Spachij, Medicinæ Doctoris, Nomenclator Scriptorum Philosophicorum atque Philologicorum: hoc est, succincta narratio eorum, qui Philosophiam, omnésque eius partes descripserunt vsque ad annum 1597. Argentorati in 8. anno 1598. apud Bertramum.

Eiusdem Nomenclator Scriptorum Medicorum, hoc est Elenchus eorum, qui artem Medicam suis Scriptis illustrarunt secundùm locos communes ipsius Medicinæ conscriptus. Francofurti in 8. anno 1591. apud Nicolaum Bass.

S. Isidori Hispalensis Episcopi de Viris Illustribus, cum Scriptoribus Ecclesiasticis à Suffrido Petri editis Coloniæ, anno 1580. & in folio, cum Bibliothecâ Ecclesiasticâ Auberti Miræi.

Eiusdem quoque, & S. *Ildefonsi* Toletani Archiepiscopi de Claris præsertim Hispaniæ Scriptoribus atque Episcopis Catalogi breues cum appendicibus *Felicis*, *Iuliani*, atque *Braulionis*, cum notis *Andreæ Schotti* Soc. Iesv Presbyteri extant secundo Tomo Rerum Hispanicarum Francofurti edito anno 1603. apud Aubrium in folio.

Iulius Cæsar Scaliger in libris de Poëtica multiplici eruditione refertis Catalogum texuit omnium fermè Poëtarum, tum Antiquorum, tum Neotericorum, in Hypercritico, qui liber est operis sextus, cuius varias vidi editiones, in folio, Geneuæ apud Ioannem Crispinum, in 8. Lugduni, &c.

Iulij Cæsaris Capacij, Illustrium Mulierum, & Illustrium Litteris Virorum elogia Neapoli apud Io. Iac. Carlinum 1608. in 4.

Iusti Lipsij de Bibliothecis Syntagma Antuerpiæ, in 4. anno 1602. in officina Plantiniana, apud Balthasarem Moretum, & in folio cum aliis eiusdem operibus simul editis duobus voluminibus, Lugduni, anno 1613. & Antuerpiæ quatuor voluminibus.

Iustini Gobleri, Prosopographiæ, in 8. Moguntiæ 1537. Vide Neandrum, pag. 155. Præfationis ad Erotemata linguæ Græcæ.

Laurentij Pignorij, Canonici Taruisini, Historici & Philologi eruditissimi, Bibliotheca & Museum, Auctore *Iacobo Philippo Tomasino* ad Illustriss. & Excellentiss. Dominicum Molinum, Sena-

torem amplissimum Venetiis, anno 1632. apud Io. Petrum Pinellum, Typographum Ducalem, in 4.

Laurentij Cumelij, Bibliotheca inchoata Homiliarum & Sermonum priscorum Ecclesiæ Patrum, in Dominicarum & Festorum Euangelia; post eius obitum à F. Gerardo Mosano ad finem vsque perducta. Lugduni apud Iuntas, in folio, anno 1588. Sunt quoque qui *Laurentij Bochelli* Bibliothecam, seu Thesaurum Iuris Gallici duobus tomis editum, Parisiis, Gallicè, anno 1615 apud Eustachium Foucault huc conferent.

Leandri Alberti, Bononiensis, Ordinis Prædicatorum, libri sex de Viris Illustribus Ordinis Dominicani editi fuerunt Bononiæ, anno 1517. in folio, in ædibus Hieronymi Platonis expensis Ioannis Baptistæ Lapi.

Leonis Allatij Chij, Græcorum nostræ ætatis doctissimi, Apes Vrbanæ, siue de Viris Illustribus, qui annis 1630. 1631. ac toto sequente Romæ adfuerunt, & typis aliquid euulgarunt. Romæ apud Ludouicum Grignanum, anno 1633. in. 8.

Eiusdem de Psellis & eorum Scriptis, ad Iacobum Gaffarellum. Romæ apud Mascardum, in 8. anno 1635.

Idem Epistolis Socratis, Antisthenis, & aliorum Socraticorum Græcè & Latinè vulgatis præfixit Dialogum de scriptis Socratis ad CL. VV. Puteanos Fratres. Parisiis in 4. apud Sebastianum Cramoisy, anno 1637.

Eiusdem de libris Ecclesiasticis Græcorum dissertationes duæ. Quarum vna diuinorum Officiorum potiores & vsitatiores libri percensentur. altera, Triodium, Pentecostarium, & Paraclericæ examinantur. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, an. 1646. in 4.

Eiusdem de Georgiis, & eorum scriptis Dissertatio, in qua de Georgiis omnibus agitur, qui Græcè aliquid scripserunt, eorum monumenta indicantur, & in quibus Bibliothecis lateant, aperitur, Parisiis, in Typographia Regia edita est vna cum Georgij Acropolitæ Historia Græco-Latina.

Idem paratas habet editioni Diatribas de Simeonibus, de Philonibus, Nicetis, aliisque, quas auidè eruditi omnes expectant.

Lilij Gregorij Gyraldi, Ferrariensis, decem decalogi de Vitis Græcorum & Latinorum Poëtarum, tum seorsim editi sunt Basileæ, in 8. anno 1545. tum in folio Tomo II. operum eius editionis Basiliensis, apud Thomam Guarinum, anno 1580.

Asceticorum; vulgò Spiritualium opusculorum, quæ inter Patrum opera reperiuntur, Indiculus, Christianæ pietatis cultor,

ribus ab Ascetâ Benedictino Congregationis sancti Mauri (is est *D. Lucas D'Achery*) digestus. Parisiis apud Ioannem Billaine, in 4. anno 1648.

Lucæ VVadingi, Hiberni, Scriptores Ordinis Minorum, quibus accessit syllabus eorum, qui ex eodem Ordine, pro fide Christi fortiter occubuerunt. Romæ ex typographia Francisci Albertitani 1650. in folio. Eiusdem consule Annales Minorum.

Bibliothecæ *Lugduno-Batauæ* Catalogum celebrari à quibusdam accepi, sed nondum vidi.

Ludouici Castanæi Rupipozæi Episcopi Pictauiensis, Nomenclator S. R. E. Cardinalium, qui ab anno Christi millesimo quippiam commentati sunt, cum Auctario plusquam ducentorum Epitaphiorum Pontificum & Cardinalium, quæ *Alfonsi Ciacconij* libro de Pontificum gestis interseri operæ est. Tolosæ apud Dominicum de la Case, in 4. anno 1614.

Ludouici Gomesij, IC. Hispani, Supplementum Indicis Iurisconsultorum Ioannis Neuizani, de quo iam supra aliquoties actum.

Ludouici Iacob, *à S. Carolo*, Cabilonensis, Burgundi, Ordinis Carmelitarum alumni, Bibliotheca Pontificia duobus libris distincta. In primo agitur ex professo de Romanis Pontificibus à S. Petro, vsque ad S. D. N. Vrbanum VIII. ac de Pseudo-Pontificibus, qui scriptis claruerunt. In secundo verò, de omnibus Auctoribus, qui cùm in generali, tum in particulari eorum vitas & laudes, necnon præcellentiam auctoritatémque posteritati consecrarunt. Cui adiungitur Catalogus Hæreticorum, qui aduersus Romanos Pontifices aliquid ediderunt. Lugduni, in 4. sumptibus hæredum Gabrielis Boissat & Laurentij Anisson, anno 1643.

Eiusdem Tractatus Gallicus de Bibliothecis insignioribus totius Europæ, ac præcipuè regni Franciæ, excusus fuit cum tractatu *Gabrielis Naudæi* de instituenda Bibliotheca, in 8. anno 1644. apud Roletum le Duc, Parisiis.

Bibliographia Parisina, hoc est Catalogus omnium librorum, Parisiis, annis 1643. & 1644. inclusiuè excusorum. Parisiis, sumptibus Roleti le Duc, viâ Iacobæa, sub signo Iustitiæ, anno 1645. in 4.

Bibliographia Parisina, hoc est Catalogus omnium librorum Parisiis, anno 1645. inclusiuè excusorum. Parisiis, sumptibus Roleti le Duc, sub signo Iustitiæ, anno 1646. in 4.

Bibliographia Vniuersalis Gallica, hoc est Catalogus omnium

Sacræ, loca illustrata doctissimorum Virorum scholiis, obseruationibus, &c. apud Michaëlem Sonnium, Parisiis, in folio, anno 1576.

Eiusdem Bibliothecæ Appendix varia Sanctorum Patrum de Deo & rebus diuinis complectens opuscula & fragmenta, omnia nunc primum, vel ex manuscriptis excerpta codicibus, vel meliori formâ edita, & illustrata, in folio, Parisiis, anno 1579 apud eumdem Michaëlem Sonnium sub scuto Basileensi.

Editio secunda Eiusdem Bibliothecæ prodiit Parisiis, anno 1589. nouem tomis in folio. Auctarium verò duobus voluminibus partim ex Scriptoribus de diuinis Catholicæ Ecclesiæ Officiis & Mysteriis operâ Melchioris Hittorpij iam olim editis, partim ex aliis Patribus ab Henrico Canisio I. C. in Tomis Antiquæ Lectionis publicatis prodiit in eadem ciuitate Parisiensi, anno 1610. in folio.

Tertiæ editionis Parisiensis annum natalem non obseruaui. Quartà verò, quæ præter multorum librorum accessionem qui in Catalogis asterisco notantur, duobus Tomis Græco Latinis aucta est, qui Græcos Auctores vtraque lingua editos complectuntur, perfecta est Parisiis, anno 1624. studio ac diligentia singulari R. P. *Frontonis Ducæi* Burdegalensis, Soc. IESV. Quinta denique quæ Morelliana dicitur, Græcos Latinósque quamplurimos Scriptores complectitur, qui in præcedentibus desiderabantur.

Auctarium quoque Bibliothecæ Græco-latinæ SS. Patrum habes Lector excusum duobus Tomis, in folio, Parisiis apud Antonium Bertier, anno 1648. operâ ac studio R. P. *Francisci Combefis* S. Th. Professoris, Ordinis FF. Prædicatorum in Conuentu S. Mariæ Annunciatæ Parisiensis, Congreg. S. Ludouici.

Quod ad Coloniensem SS. Patrum Bibliothecam, anni 1618. in tomos octodecim distributam attinet, hoc ab aliis diuersa est, quòd non in certas classes coactos Scriptores exhibeat; sed à primo sæculo exorsa per singula Ecclesiæ sæcula deinceps decurrat, aptiori, nisi me fallit coniectura, órdine digesta.

Marquardi Leonis, enumeratio Methodica & compendiosa selectissimorum & omni exceptione maiorum Scriptorum totiùs Occidentis Meridiei & Orientis Ecclesiarum. Ingolstadij apud Hertztoy 1610.

Bibliotheca Cluniacensis, in quâ SS. Patrum Cluniacensium Vitæ, Scripta, & Priuilegia continentur, collecta à Domino *Martino Marrier*, cum notis *Andreæ Quercetani*, Turonensis. Parisiis,

in folio, anno 1614 apud. Sebastianum Cramoisy.

Melchioris Adami, Vitæ Germanorum Theologorum, Philosophorum, Medicorum, & Iurisconsultorum, qui superiori sæculo, & quod excurrit, floruerunt, collectæ, & ad annum vsque 1618. perductæ. Heidelbergæ & Francofurti, annis 1615. & 1620. in 8. quatuor omnino Tomis. Prodierunt pariter in lucem Eiusdem Decades, continentes vitas Theologorum exterorum Principum, &c. Francofurti, anno 1618. in 8.

Melchioris Hittorpij nomen præfert Auctarium Bibliothecæ veterum Patrum tomis duobus in folio, Parisiis, anno 1610. Verùm is duntaxat collegit Ecclesiasticos Scriptores, qui de Officiis & Mysteriis Catholicæ Ecclesiæ aliquid emiserunt in lucem, vulgàuitque primùm Coloniæ, anno 1568. Cæteri Patres aliunde additi sunt, vt paulo ante monuimus.

Michaëlis Neandri Bibliotheca vniuersalis, loco Præfationis, Grææ eius Grammaticæ præfixa est, excusæ in 8. Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1565.

Michaëlis Pij Bononiensis, de vitis Illustrium Virorum Ord. S. Dominici, Italicè. Bononiæ in folio 1620. apud Sebast. Bonomiũ

Michaëlis Pocciantij, Florentini, Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis, Catalogus Scriptorum Florentinorum omnis generis, cum additionibus ferè ducentorum Scriptorum Fratris *Lucæ Ferrinij*, Theologiæ Professoris. Florentiæ, apud Philippum Iunctam in 4. anno 1589.

Mutij Pansæ, de Bibliothecâ Vaticanâ, Romæ in 4. anno 1591. Italico idiomate: *Ragionamenti della Libraria Vaticana di Mutio Pansa, &c.*

Nicolai Episcopij, Typographi Basiliensis, siue officinæ Episcopianæ Catalogus editus fuit, anno 1564.

Nicolai Vignerij, Barrensis, Medici atque Historiographi Regij Bibliothecam Historicam tribus maioribus Tomis distinctam, ac quarto nuper auctam video à quibusdam non omitti in recensione Bibliothecarum, quamuis institutum illius Auctoris ab hoc nostro haud parum abludere videatur.

Onuphrij Panuinij, Veronensis, Augustiniani, de vrbis Veronæ Viris doctrinâ illustribus opusculum. Veronæ 1621. apud Angelum Taurum, in 4.

Veterum Patrum Collectio titulo *Orthodoxographorum* ornata, anno 1555. septuagintasex Auctores exhibuit solo temporum ordine dispositos, qui deinde in posteriori editione anni 1569. probatus non est, sed consultius visum, vt in certas & distinctas Clas-

ses diuiderentur pro ratione argumenti, quod tractabant, nimirum in Epistolas, Historias Sacras, Gnomologias, Exegetica scripta, siue Commentarios in Sacram Scripturam, Doctrinæ Sacræ auctores siue expugnatores hæresum, Demegorias siue conciones, & Apologetica scripta, quæ veluti septem categoriæ Scriptores Ecclesiasticos, numero 85. complexæ sunt. Hunc verò eundem Basileensium Typographorum ordinem addita octaua classe retinuit Margarinus Bignæus, annis 1576. & 1589. quique postea eamdem Bibliothecam SS. Patrum Parisiis recudendam susceperunt. Ex eadem Basileensi vrbe prodiit, anno 1556. alia collectio SS. Patrum titulo *Hæresiologiæ* inscripta, quæ octodecim Scriptorum Sacrorum opuscula Theologica repræsentat, in folio typis eiusdem Henrici Petri.

Othonis Brunfelsij, Maguntini, Catalogus illustrium Medicorum, siue de primis Medicinæ Scriptoribus liber, breuiter eorum scripta commemorans, ex Galeni, Plinij, Scriptorum de re rusticâ libris, &c. collectus & impressus Argentorati, anno 1530. in 4. apud Ioannem Schottum. Scripsit idem Theses seu communes locos totius rei Medicæ & Onomasticon medicinæ continens omnia nomina stirpium, medicamentorum simplicium, aliarúmque rerum omnium ferè ad medicinam pertinentium, ac Philosophiam naturalem, historias Medicorum, secundùm ordinem litterarum ex omni auctorum genere consarcinatum, præpositis à principio Tabulis nominum anatomes, & ægritudinum totius corporis humani, Græcè ac Latinè, &c.

Papyrij Massoni, Foresiensis, in suprema Parisiorum Curia Aduocati, Elogia varia, tum seorsim typis emissa, tum duobus voluminibus in 8. comprehensa studio Ioannis Balesdens. Parisiis, apud Sebastianum Huré, anno 1638.

Paschalis Galli Pictonis Bibliotheca Medica, siue Catalogus eorum, qui ex professo artem Medicam scriptis illustrarunt, nempe quid scripserint, vbi, quâ formâ, quóve tempore scripta, excusa, aut manuscripta habeantur, Basileæ anno 1590. in 8. apud VValdkirchum. Eiusdem quoque operâ collectus est ex Gesneri Bibliotheca Index Auctorum aliquot, qui suis laboribus ac lucubrationibus Aristotelis libros, ac Philosophiam conati sunt illustrare. Extat ad calcem editionis Geneuensis operum Aristotelis, & auctior in Parisiensi Duuallianâ.

Pauli Bolduani, Stolpensis, Pomerani, professione Lutherani, ac Vessinensis Pastoris, Bibliotheca Theologica, siue Elenchus Scriptorum Ecclesiasticorum illustrium, Rabbinorum, Patrum,

Protestantium, Caluinianorum & Pontificiorum, qui in Sacros Biblicos libros Veteris ac Noui Testamenti, necnon præcipua capita doctrinæ Christianæ, & homilias, &c. de tempore scripserunt. Ienæ 1614. apud Thomam Schurer in 4.

Eiusdem Bibliotheca Philosophica, siue Elenchus Scriptorum Philosophicorum atque Philologicorum Illustrium, qui Philosophiam, eiúsque partes, aut omnes, aut præcipuas, quouis tempore idiomatéque, usque ad annum 1614. descripserunt, illustrarunt, & exornarunt secundùm artes & disciplinas, tum liberales, tum mechanicas, earúmque titulos & locos communes, Auctorúmque nomina ordine Alphabetico digesta Accesserunt Græcæ Latinæque linguarum, tum prosarum, tum ligatarum, Auctores classici, Lexica, Loci communes, Apophthegmata, Colloquia, Phrases, &c. Ienæ anno 1616. in 4. apud Hæredes Thomæ Schureri Bibliopolæ Lipsiensis.

Eiusdem *Pauli Bolduani* Bibliotheca Historica, siue Elenchus Scriptorum Historicorum & Geographicorum, qui Historias, vel vniuersales totius orbis, vel particulares certæ cuiusdam Prouinciæ, &c. vsque ad annum 1620. scripserunt. Lipsiæ illo anno 1620. in 4. apud Fridericum Lanckisium impensis hæredum Thomæ Schureri.

Pauli Iouij, Nouocomensis, Vitæ Illustrium Virorum Florentiæ, anno 1551. apud Laurentium Torrentinum, Antuerpiæ, apud Io. Bellerum 1557. in 8. & alibi.

Petri Angeli Sphera, Pomaricani, de Nobilitate Professorum Grammaticæ, vbi & eorum Catalogus atque Elogia. Neapoli, in 4. apud Franciscum Sauium 1641.

Petri Besodneri, Bibliotheca Theologica, hoc est Index Bibliorum, præcipuorum eorumdémque Interpretum, Hebræorum, & Græcorum & Latinorum, tam veterum, quàm recentium, Francofurti apud March. anno 1604. in 4. apud Kopffium 1609. & Thymium 1610. in 8.

Petri Blanchot, ex ordine Minimorum, Idea Bibliothecæ vniuersalis tribus duntaxat expansa foliis prodiit, Parisiis apud Sebastianum Cramoisy, anno 1631. Hanc mihi commodauit, omnibus hiisce ad vmblicum penè perductis, V. C. Gabriel Naudęus, ex quâ duos trésve Scriptores mihi prius incognitos eruerem. Idem Bibliothecam Concionum in 4. edidit, apud Sebastianum Cramoisy, Parisiis, anno 1633. & rursus iterata editione, anno 1640.

Petri Criniti de Poëtis Latinis extant libri quinque, in quibus multa

multa veterum Poëtarum fragmenta referuntur. Parisiis apud Iodocum Badium Ascensium, anno 1513. Basileæ, apud Henricum Petri, anno 1532. in 4. & alibi non semel.

Petri Lucij, Belgæ, Carmelitani, Bruxellensis, Carmelitana Bibliotheca, siue Illustrium aliquot Carmelitanæ Religionis Scriptorum, & eorum operum Catalogus. Florentiæ apud Georgium Marescottum in 4. anno 1593.

Illustrium Scriptorum Religionis Societatis IESV Catalogus, Auctore *P. Petro Ribadeneira* Societatis eiusdem Theologo. Antuerpiæ in officina Plantinianâ, anno 1608. in 8. secundâ editione auctus Lugduni apud Ioannem Pillehotte in 8. anno 1609. Tertiâ quoque editione locupletior Antuerpiç, anno 1613. in 8. ex eadem officinâ Plantinianâ.

Petrus Rodulfus seu Rudolphus Tossiniacensis sancti Inquisitionis Officij in vrbe Consultor & Episcopus Senogalliç, Historiam Seraphicam tribus libris complexus est, vbi de Franciscani Ordinis Scriptoribus multa refert. Venetiis annis 1586. & 1595. apud Franciscum Franciscium.

Petrus Steuartius, Leodius, Theologiç Doctor, SS. literarum in Academia Ingolstadiensi Professor, Procancellarius & Mauricianus ibidem Pastor, &c. edidit anno 1616. Tomum singularem insignium Auctorum tam Grçcorum quàm Latinorum Ingolstadij in 4. tanquam Appendicem ad Hen. Canisij Lectionis Antiquæ Tomos sex, (de quibus suo dictum est loco) apud Elizabetham Angermariam ex Typographia Ederiana.

Philiberti Mareschalli Dux Artium & scientiarum, ac Promptuarium omnium librorum, tum Gallicè Scriptorum, tum in linguam Gallicam versorum. Parisiis, an. 1589. apud Franciscum Iaquin, in 8.

Philippi Alegambe, Bruxellensis, Soc. IESV, Bibliotheca Scriptorum Societatis IESV post excusum anno 1608. Catalogum R. P. Petri Ribadeniræ nouo apparatu librorum ad annum 1642. cum Catalogo Religiosorum Societatis IESV, qui hactenus pro Catholica fide & pietate in variis mundi plagis interempti sunt. Antuerpiæ, in folio, anno 1643. apud Ioannem Meursium.

Philippi Nouariensis, de Auctoribus Ordinis Canonicorum Regularium dissertatio memoratur à quibusdam, eam tamen nondum typis excusam aspexi.

Photij, Patriarchæ Constantinopolitani Bibliotheca μυριόβιβλος, siue lectorum à Photio librorum recensio, censura atque excerpta, Philologorum, Oratorum, Historicorum, Philosophorum, Medicorum, Theologorum, è Græco Latinè reddita, Scholiisque

illustrata, operâ Andreæ Schotti Antuerpiani de Societate Iesv, Augustæ Vindelicorum ad insigne pinus in folio, anno 1606. Obseruat Antonius Posseuinus noster se vidisse versionem Bibliothecæ Photianæ à Federico Metio Termularum Episcopo factam. sed non euulgatam. Textus Græcus illius Bibliothecæ studio Dauidis Hoeschelii Augustani cum eiusdem notis, & emendationibus, atque impulsu præcipuè Marci Velseri Augustanæ Reipublicæ Duumuiri prodiit, anno 1601. in folio in eadem vrbe. Græcè verò ac Latinè eadem Bibliotheca excusa fuit Geneuæ Allobrogum, apud Paulum Stephanum, anno 1612. in folio, & nunc, vt accepi, Rotomagi iterum prælo committitur, & ad extremum ferè apicem perducta est editio.

Raphaëlis Volaterrani, Anthropologiæ libri vndecim, in quibus recensentur Clari homines omnium temporum, linguarum, & gentium, qui in Oratoriâ & Poëtica, Mathesi & Iuris scientia, cæterisque artibus profecerunt, &c. medij sunt inter Geographicos & Philologicos in volumine Commentariorum Vrbanorum ad Iulium II. Episcopum vrbis Romæ à decimo tertio ad vigesimum tertium. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium 1552.

Roberti Bellarmini, è Societate Iesv S. R. E. Cardinalis, de Scriptoribus Ecclesiasticis liber vnus, adiunctis Indicibus vndecim, & Breui Chronologia ab Orbe condito vsque ad annum 1612. primùm Coloniæ prodiit, anno illo 1612. in 8 Lugduni in 4. anno 1613. tum Coloniæ in folio cum aliis Cardinalis illius doctrina, pietate, ac sincero Fidei Catholicæ zelo Eminentissimi operibus, apud Antonium Hieratum, anno 1620. Verùm editio noua ab auctore aucta & recognita cæteris præferenda est Lutetiæ Parisiorum sumptibus Sebastiani Cramoisy, anno 1617. atque aliis deinceps consequentibus annis.

Roberti Constantini, Nomenclator insignium Scriptorum, quorum libri extant, vel manuscripti, vel impressi: ex Bibliothecis Galliæ & Angliæ: Indéxque totius Bibliothecæ atque Pandectarum doctissimi atque ingeniosissimi viri Conradi Gesneri. Parisiis in 8. apud Andream VVechelum, anno salutis 1555.

Libri in officina *Roberti Stephani* Typographi Regij 1546. in 8. Item libri venales in Bibliopolio Roberti Stephani Typographi Regij, tum ab Henrico Stephano patre, tum à Simone Colinæo eius vitrico excusi, in 8.

Robertus Cocus, hæreticus Anglus, Censuram Patrum Scripsit, quæ in 4. Londini anno 1623. & in 8. quoque edita est; sed ea omnibus Catholicam Fidem professis cum Critico Riueti, Me-

dullã Sculteti, similibúsque virulentissimorum Hæreticorum commentationibus penitus abiicienda, aut vna cum Magdeburgēsibus Centuriis Matthiæ Flaccij Illyrici aliorúmq; collatâ operâ in plures Tomos digestis, in Castellum Lethes procul ablegandа.

Catalogus librorum insignium ex Bibliotheca *Samuelis Petiti*, Lutetiæ apud Samuelem Sorberium, in 4. anno 1645.

Scæuolæ Sammarthani Elogia Virorum doctrina Illustrium, qui superiori sæculo in Galliâ floruerunt. Lutetiæ in 8. apud Petrum Durand, anno 1616. & Pictauij ab anno 1602.

Extant quoque *Scæuolæ & Abelij Sammarthanorum* opera in 4. Lutetiæ, anno 1633. apud Iacobum Villery.

Scipionis Tettij, Neapolitani, cuius de Apollodoris tractatus cum Bibliothecâ Apollodori Romę, & in Commelinianâ officinâ editus est, librorum MSS. Catalogum ante annos LXXX. ex præcipuis Romæ atque Italiæ Bibliothecis collectum, necdum, quod sciam, vspiam publicatum, exhibuimus inter Supplementa Speciminis Antiquarum nostrarum Lectionum, seu nouæ huius Bibliothecę MSS. Librorum ex Schedis V. C. Iacobi Puteani, & altero exemplari. Vide supra paginas 166. & 384.

Bibliotheca *Scholastica* instructissima Latinè, Gallicè, Italicè, Hispanicè, Anglicè & Græcè. Londini, apud Ioannem Billium, in 8. anno 1618.

Seraphini Razzi, Ordinis Præd. & Doctoris Theologi, Historia Italica Virorum Illustrium Ordinis Prædicatorum. Lucæ apud Busdragum 1596. in 8.

Sigeberti Gemblacensis in Belgio Monachi, liber de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, de quo ipse post alia ingenij sui monumenta sic loquitur; *Hieronymum* etiam imitatus & *Gennadium* scripsi vltimum hunc libellum de Illustribus viris, quantum notitia inuestigationis meę exquirere potui: excusus fuit, tum seorsim, tum cum aliis eiusdem argumenti opusculis à Suffrido Petri, anno 1580. Colonię, tum Antuerpiæ in Bibliotheca Ecclesiastica Auberti Miræi, anno Christi 1639.

Catalogus Librorum, qui reperiuntur in officina *Simeonis Piget* Bibliopolæ Parisiensis, anno 1646.

Simeonis Colinæi Typographi Parisiensis librorum Catalogus prodiit, vt audio, sed non vidi.

Simonis Starouolsci, Scriptorum Polonicorum ἑκατοντὰς seu centum Illustrium Poloniæ Scriptorum Elogia & Vitę. Francofurti sumptibus Iacobi de Zetter, 1625. in 4. & Venetiis apud Damianum Zenarium, 1627. in 4.

Sixti Senensis, Ordinis Prędicatorum, Bibliotheca ſancta ex præcipuis Catholicæ Eccleſiæ auctoribus collecta, & in libros octo digeſta ab auctore ante obitum recognita & aucta, adiectâ etiam Tabulâ Chronographicâ ſecundùm collationem temporum, poſt editionem Venetam, anno 1566. apud Franc. Franciſcium, Francofordienſem in folio, apud Nicolaum Baſſeum anno 1575. & Venetam in 4. anno 1580. Colonienſem, anno 1586. ab Ioanne Hayo Scoto Societatis IESV Theologo expurgata, aucta & Scholiis illuſtrata prodiit, tum alibi, tum Lugduni annis 1591. & 1592. Sumptibus Sibyllæ à Porta, & vt cæteris impreſſiones prætermittam, Pariſiis in folio, anno 1610. apud Sebaſtianum Cramoiſy. Emiſſus quoque fuit Coloniæ anno 1588. ex officina Petri Horſt Liber Sixti Senenſis hac inſcriptione: Ars interpretandi Sacras Scripturas abſolutiſſima. Cui Coronidis inſtar accellerunt Sanctorum Patrum Regulæ 234. & Canones 372. F. Franciſco Ruizio Valliſoletano, & F. Ioanne Hoffmeiſtero collectoribus ad ſacras litteras rectè citóque perdiſcendas in primis neceſſarij.

F. Stephani Luſignani, Ord. Prædic. Catalogus Virorum Illuſtrium, in 8. Pariſiis 1582. apud Guillelmum Nigrum.

Suffridi Petri, Leouardienſis, Friſij V. I L. operâ prodierunt Coloniæ, in 8. apud Maternum Cholinum, anno 1580. de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus Authores præcipui veteres I. *D. Hieronymus*, Stridonenſis Preſbyter. II. *Gennadius* Maſſilienſis, Preſbyter. III. *Iſidorus* Hiſpalenſis Epiſcopus. IV. *Honorius* Auguſtodunenſis Preſbyter. V. *Sigebertus* Gemblacenſis Monachus. VI. *Henricus de Gandauo*, Archidiaconus Tornacenſis, partim antea excuſi, partim nunc demum in lucem editi, omnes autem in congruum ordinem redacti, & perpetuâ Chronologiâ illuſtrati, & veterum codicum, tum excuſorum, tum Manuſcriptorum collatione ab infinitis mendis repurgati, & annotationibus haud quaquam pœnitendis commendati.

Eiuſdem de Scriptoribus Friſiæ decades xvi. & ſemis. Coloniæ apud Henricum Falckenburgh, anno 1593. in 8.

Symphoriani Campegij, ſeu *Champerij*, Lugdunenſis Medici & Lotharingorum Principis Archiatri, liber de claris Scriptoribus medicinę veteribus & recentioribus. Lugduni in 8. prodiit.

Theodorici Petreij, ex ordine Cartuſianorum apud Vbios familiæ Profeſſi Bibliotheca Cartuſiana, ſiue Catalogus illuſtrium Sacri Cartuſienſis Ordinis Scriptorum. Coloniæ in 8. anno 1609. apud Ant. Hierat.

Catalogus

Catalogus Hæreticorum *Theodori Petri* in 4. Coloniæ typis Petri à Brachel 1629.

Catalogus Auctorum *Theologicorum*, qui in Sacros Biblicos libros vnquam scripserunt. VVitebergæ, anno 1591. in 4. Eodem referenda Bibliotheca *Theologica* in 4. eodem anno 1591. Mulhusij.

Theologorum omnium, tum Pontificiorum, hoc est Orthodoxorum, quàm Protestantium, hoc est hæreticorum, qui Germanicè ab anno 1565. vsque ad 1583. scripserunt, enumeratio. Erphordiæ, anno 1593. in 8. Germanicè.

Conspectus Scriptionum *P. Theophili Raynaudi* Soc. IESV ordine temporis quo sunt exaratæ in 4.

Thomæ Bodleij. V. Thomæ Iames.

Thomæ Dempsteri Scoti I. C. Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Scotorum libri 19. in 4. excusi sunt Bononiæ typis Nicolai Thebaldeni, anno 1627.

Thomæ Campanellæ Ordinis Dominicani, de libris propriis & recta ratione studendi syntagma. Parisiis, anno 1642. in 8. apud viduam Guillelmi Pelé. Eiusdem de reformatione scientiarum Index, Venetiis, 1633. in 4.

Thomæ Gratiani, Ordinis Eremitarum S. Augustini in Prouincia Coloniensi Prioris Prouincialis, Anastasis Augustiniana, in quâ Scriptores Ordinis Eremitarum sancti Augustini prisci simul & neoterici in seriem digesti sunt. Antuerpiæ apud Hieronymum Verdussium in 8. anno 1613.

Thomæ Iames Angli, Hæretici, Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis, tributa in libros duos, quorum prior continet Catalogum confusum librorum Manuscriptorum in illustrissimis Bibliothecis duarum florentissimarum Academiarum Oxoniç & Cantabrigiç: Posterior Catalogum eorumdem distinctum & dispositum secundùm quatuor facultates, obseruato, tam in nominibus, quàm in operibus ipsis, Alphabetico literarum ordine. Londini impensis Georgij Bishopij & Ioannis Norton 1600. in 4.

Eiusdem. Catalogus librorum Bibliothecç, quam *Thomas Bodleius* Eques auratus in Academia Oxoniensi publicam instituit. Londini in Nortonianâ in 4. anno 1605.

Idem postea anno 1620. Oxoniæ impensis Bodleianis emisit in 4. Catalogum vniuersalem librorum in Bibliothecâ Bodleianâ. omnium librorum linguarum & scientiarum genere refertissimã

Traiectinæ ad Rhenum, siue vt vulgò dicitur, *Vltraiectinæ*, Bibliothecæ Catalogus in 4. Traiecti ad Rhenum typis Salomonis Rhodij, anno 1608.

Tridentina Bibliotheca, Nomina Patrum & Theologorum, qui Tridentino Concilio, ab anno 1545. ad 1563. interfuerunt, & hactenus aliquid typis ediderunt. Extat in Schedis V. C. Gabrielis Naudæi ab erudito viro, sed ignoto, primis veluti lineamentis deformata.

Scripsit *Baldus Perusinus*, verba sunt Neandri, de commendationibus famosissimorum virorum in vtroque Iure, & *Thomas Diplouatacius* Patricius Constantinopolitanus libros duodecim de præstantiâ Doctorum, & clarissimis Iureconsultis, in quibus diligentissimè vir ille (teste Baptista Egnatio) & iuris Ciuilis dignitatem explicauit, & Authores eius omnes, interpretésque à Phoroneo ducta serie ad nostra vsque tempora deduxit; sed vtrumque vtriusque opus, aut periit iam olim, aut alicubi ab aliquibus supprimitur, ne in manus multorum veniat. Horum verò librorum iacturam sarcire videntur *D. Valentini Forsteri*, Iureconsulti, de Iuris Ciuilis Romani historiâ libri tres, qui iam sub prælo sunt apud Oporinum, hoc etiam Septembri (anni 1565.) in lucem prodituri. Hæc ille.

Valentinus Ratæus, Lipsiensis Minister, dicitur scripsisse Nomenclaturam præcipuorum in Theologiâ Scriptorum; idque ordine temporum, sed eam hactenus non vidi, nec vbi, aut apud quem Typographum prodierit deprehendere potui.

Valerij Andreæ Desseli, I C. Bibliotheca Belgica, de Belgis vitâ Scriptisque clarissimis præmissa topographiâ Belgij totius, seu Germaniæ inferioris descriptione, Editio renouata & tertiâ parte auctior. Louanij typis Iacobi Zegers in 4. anno 1643. Editio prima in 8. anno 1624. in eadem Louaniensi vrbe apud Henricum Hastenium.

Valerij Andreæ, Taxandri, Catalogus Clarorum Hispaniæ Scriptorum Moguntiæ, anno 1607. in 4. Extat sine nomine Auctoris liber Hispanicus. Hoc titulo. *Los Claros Varones de España. En Amberes en casa de Iuan Meursio 1632. in 8.*

Vberti Folietæ clarorum per Liguriam Virorum Elogia publicam in lucem prodierunt Romæ in octauo, anno Reparatæ per Christum salutis humanæ 1577. De iis quoque aut saltem de Genuensibus scripsit *Ioannes Bracellensis* quem aliàs vidisse me recordor in 4. editum Genuæ in primaria Ligurum vrbe; nisi me fallit memoria.

Catalogus librorum æditorum ab *Academia Veneta* prodiit in 4. Venetiis, anno 1559. seu libri quos variis in scientiis & artibus conscriptos nuper edidit, & ad Nundinas Francofordianas

misit Academia Veneta. Item summa librorum, quos in omnibus scientiis, ac nobilioribus artibus variis linguis conscriptos, vel antea numquam diuulgatos, vel vtilissimis & pulcherrimis scholiis correctionibúsque illustratos in lucem emittet Academia Veneta in 4. 1559.

VVolfgangi Lazij, Philosophi, Medici, atque Historiographi Viennensis, Catalogus partim suorum, partim aliorum Scriptorum nuper inuentorum, in folio, Viennæ Austriæ.

Zacuti, Lusitani, liber de Medicorum Principum Historiâ, in 8. Lugduni Batauorum apud Ioannem Maire 1629.

HÆC iam confecta erant & prælo maximam partem subiecta cum beneficio Clarissimi Senatoris *Alexandri Petauij* venerunt in manus meas duo, quæ sequuntur, ex Italiâ recens allata eruditorum hominum monumenta.

Lyceum Lateranense Illustrium Scriptorum Sacri Apostolici Ordinis Clericorum Canonicorum Regularium Saluatoris Lateranensis Elogia, auctore *Celso de Rosinis* Cæsenate, eiusdem Instituti Doctore Theologo, libris viginti ad faciliorem ordinem digesta, in quibus eorum opera edita recensentur, editionésque notantur, & quæ MSS. integra reliquerunt in quibusnam Bibliothecis asseruentur, adducitur. Cæsenæ in folio, duobus Tomis 1652. ex Typographiâ Nerij.

Aquila Imperij Benedictina, cuius ordinatissimâ pennarum serie Monachorum Ordinis sancti Benedicti de Imperio vniuerso amplissima & immortalia merita adumbrantur. Auctore *Gabriele Buceleno* VVeigartensi Monacho. Venetiis, anno 1651. apud Iuntas & Hertz, in 4.

Adiungere iis quoque poteram Auctorem Bibliothecæ Marianæ duobus Tomis, in 8. Lugdunensibus typis excusæ, ac similes alios Nomenclatores, Indicúmque, Catalogorum, atque Elenchorum Scriptores. Verùm aliquid seruandum censeo sequuturis editionibus, atque vt hanc ab vndecim fere mensibus sub prælo laborantem, aliquo tandem fine concludam, in Typographia Regia conquiesco, ex qua anno MDCXLVIII. prodiit, De Byzantinæ Historiæ Scriptoribus sub felicissimis LVDOVICI XIV. Francorum ac Nauarræorum Regis Christianissimi auspiciis Publicam in lucem emittendis ad omnes per orbem eruditos Προτρεπτικὸν cum Alphabetica serie Scriptorum Historiæ eiusdem By-

zantinæ editorum & ineditorum, de quorum ætate & scriptis breuiter quidem, sed accuratè, disputatur.

CÆTERVM cum ex iis, quos modò in nostra Coronide Librariâ, ac toto hoc Antiquarum Lectionum Græcarum Latinarúmque specimine, eiusdémque Supplementis, commemorauimus, nonnulli sint Auctores, aut ipsimet Hæreticâ labe & pestilentissimis aduersus Fidem Catholicam erroribus infecti, aut certè Hæreticorum & damnatæ Lectionis Scriptorum Encomiastæ ac laudatores, hoc ad calcem huius opusculi Lectorem Catholicum monere volui, & grandioribus, quos vnciales vocant, characteribus ad posteritatis memoriam sempiternam attestari, ME DAMNARE, PROSCRIBERE, REPROBARE, ATQVE ANATHEMATIZARE, QVIDQVID SANCTA CATHOLICA APOSTOLICA AC ROMANA ECCLESIA DAMNAT, PROSCRIBIT, REPROBAT ET ANATHEMATIZAT.

FINIS.



INDEX



INDEX ALPHABETICVS SCRIPTORVM GRÆCORVM LATINORVMQVE,

Maximam partem nondum æneis typis excusorum, Quorumdam quoque Hebræorum, Arabum, &c. Necnon aliquot Clarorum doctrina Virorum, quorum mentionem fecimus

IN NOVA HAC BIBLIOTHECA MSS. LIBRORVM, SEV SPECIMINE ANTIQVARVM LECTIONVM, ET DECEM EIVSDEM SVPPLEMENTIS, AC CORONIDE LIBRARIA.

OBSERVET hîc imprimis Lector, quantâ fieri potuit diligentiâ accuratum à nobis fuisse ac digestum huncce Indicem, ac paucos ex Græcis Latinísque præsertim Auctoribus prætermissos, Græcos quoque ad maiorem Tironum facilitaem pendenti siue Italico, quem vocant, Charactere à cæteris fuisse distinctos. Priusquàm autem ad vsum Tabulæ se comparet Lector, corrigenda moneo quædam peccata, quæ oscitantia Typothetæ in Arithmeticas aliquot paginarum notas irrepsisse deprehendi.

A



Alexius

Besodnerus

C

Demetrius

Girbertus

Ioannes

Ioannes

N

P

Priscianus

Satyrus

X.

Xena-





CATALOGVS ILLVSTRIVM SANCTITATE, DIGNITATE, ATQVE ERVDITIONE VIRORVM ET MVLIERVM,

Quorum, quarúmve Martyria, Vitæ, Passiones, Elogia, Præsertim ab Anonymis Auctoribus scripta, In hoc Antiq. Lectionum Specimine recensentur.

X.



S. Paulus

FINIS.



SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

CAVTVM est auctoritate Regiâ, ne quis in Regno eius, aliisve locis eius ditioni subditis, libros, qui inscribuntur, *PHILIPPI LABBEI Biturici, Societatis IESV Presbyteri, Antiquae Lectiones Graecae & Latinae ex varijs MSS. Codicibus magno studio collectae, praesertim ad Historiam & Chronologiam spectantes, cum harum specimine, additisque supplementis*, quouis charactere aut formâ excudere, aut alibi excusum vendere, alióve quolibet modo distrahere possit, intra nouem annos, computandos à die absolutae primae editionis, absque eiusdem consensu, aut eorum Typographorum, quos ipse ad hos formis excudendos publicandósque communicato Priuilegio delegerit. Qui secus fecerit, mulcta est indicta, prout fusiùs in diplomate Regio continetur. Datum Lutetiae Parisiorum, die 30. Nouembris anno reparatae per Christum salutis 1652. sic Signatum de mandato Regis, OLIER.

Hoc verò indulto sibi à Rege Priuilegio P. PHILIPPVS LABBE gaudere voluit IOANNEM HENAVLT Bibliopolam Parisiensem, quoad primam tantùm *SPECIMINIS Antiquarum Lectionum Latinarum Graecarúmque* editionem pertinet. Die 19. Decembris, eiusdem anni 1652. *Prima autem editio illa perfecta fuit die 2. Ianuarij, anni 1653.*

FACVLTAS R. PATRIS PROVINCIALIS

Prouinciae Franciae Societatis IESV.

EGO CLAVDIVS DELINGENDES Prouincialis Prouinciae Franciae Societatis IESV permitto P. Philippo Labbe eiusdem nostrae Societatis Presbytero, vt in lucem edat *opus inscriptum, ANTIQVAE LECTIONES GRAECAE & LATINAE ex varijs Auctoribus collectum, cum BIBLIOTHECA NOVA MANVSCRIPTORVM CODICVM, siue Specimine earumdem Antiquarum Lectionum in quatuor partes tributarum, &c.* In cuius rei fidem nomen meum adscripsi, die 16. Mensis Octobris anni 1651. in Domo Professâ Parisiensi.

CLAVDIVS DELINGENDES.

